




**Loci, ex sacris literis de bonis operibus, Authore Georgio  
Wicelio. Ad haec praeconium Euangelicae gratiae. Theses  
aliquot. Precatio pro Ecclesia.**

<https://hdl.handle.net/1874/431269>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

ESTADO ZACATECAS  
ESTADO DE MEXICO  
ESTADO DE GUANAJUATO  
ESTADO DE COAHUILA Y SALINAS  
ESTADO DE TAMAULIPAS

F oct.


114

U.B.U.










May 2.



N. 6

oo

Miscellanea Theologica

Octavo n°. 114.

N. 17. C.

**LOCI, EX**  
**SACRIS LITERIS**  
de bonis operibus, Au-  
thore Georgio  
Vuicelio.

Ad hæc præconium Euangeliæ  
cæ gratiæ.

Theses aliquot.

Precatio pro Ecclesia.

*Ex dono Brugghen*

Matth. v.

Quisquis fecerit & docuerit,  
hic magnus vocabitur in res-  
gno cælorum,

Veneunt Antuerpiæ in ædibus Delpho-  
rum, Per Ioannem Steelium.



PIO LECTORI S.



Ccipe scripturæ locos ὡς τὰ  
θεραπεία Catholice ac Euange-  
licę doctrinę, quisquis de vete-  
ri Religione & Theologia be-  
ne sentis. Ceterū forsan insolēs  
isthęc locorū coaceruatio πάντα  
& τέχνα tibi esse videatur, ac cupias rem non ita  
disiunctim tractari. Ego eqdē maluissem verbose  
diffidere, & vt alij, iusto volumine ē tot certiss.  
scripturę sacrę presidijs concinnato atq; munito  
in castra factiosorū facere eruptionē, nisi fuisse  
veritus huius seculi nauseam. Video nō capi, nec  
teneri amplius nostros homines loquaci pagina-  
rum congerie, posteaq; occasione schismati litera-  
ræ denuo contemni cœperunt. Quare visum est,  
nouo hoc pugnandi genere vti, quo ceu machia-  
na impetuosa hostē semel funderem. Alioquin nul-  
lus est inter hos ferme locus, in quo explicando  
ac ventilando non possis q̄ longissime immorari  
adeoq; ē singulis singulas liceat homilias facere,  
Hos placuit ostendere magis q̄ infigere, & dare  
potius amauit verbum dei q̄ meum, vt omnis oc-  
casio calumnię submoueretur. Citius succumbet  
hostis tēlo q̄ manu ictus. Postulant nunc aperta  
scripturę testimonia, en illis testimonia. Postulāt  
eadē a glossematographis incorrupta, en illis in-  
corrupta. Ipsiis porrō videndum, ne in harenam  
contrā bona opera de integro descensuri, glosse-  
matis nos adoriantur, cuiusmodi ē nostris mani-  
bus excussa volunt. Aequa est conditio o tenelli  
euangelistę, verbo pugna transfigatur, non glos-  
sa. Atqui vos istico terga vertetis, si glossarum ar-  
mis ficalnis locus denegetur, quippe qui prēter  
glossas

## BONIS OPERIBVS.

glossas, maxime in hoc argumento, nihil habetis calletisue. Intenti ac vehementes in vos erimus, vos vobis ne vlo pacto desitis, etiam atq; etiam facite. Pugna nobis expeditior est, quia certa visoria. Nouimus sub cuius signis, quo duce, qua in acie, aduersum quos & de quo certemus, vos vestra videritis. Conscientiae alacritate destitutimi, cor est dissolutū ceu cæra liquefcens, manus tremulæ, vacillantia genua, vt miserandi potius q̄ vincendi sitis. Ad insultus tamen vestros, siqd audetis ambitiosiss. catulinarij, obdurabit adamanta Iesu Christi turris. Cum illo, mihi credite, nō mecum dimicabitis. Opinor autē illū, cum q̄ illo à vobis tutam fore reginā veritatem, quātūs uis Enakim, Emim. Rephaim in cohorte vestra, inq; oculis vestris nobis ipsi esse videmini. Porro libri is est scopus amice frater. Oppono locos qui irrefragabiliter edoceant, non sufficere solā fidem, ad consequenda in mortalitatis præmia, & oppono ijs, qui diuersum docent, quicq; toto amplius decennio nihil aliud egerunt, tot libris, tot axiomatis, tot lectionibus, tot concionibus, tot cantionibus, tot rhythmis, tot contestationibus, quam ad tedium vīq; suum etiā inculcaūt, Bona opera neq; consistere, coram deo, neq; valere in negotio salutis, neq; prodesse, neq; quicq; efficere, neq; respici, neq; laudari, neq; rependi. Imo ea vel optima, esse peccata coram deo, sordes, stercora, & quib. nihil nisi iram dei commereamus. Patrocinarunt nostrę sententię, præter tam scripturarum vim (quam tamen non omnē adduximus) consensus Ecclesiae Christianæ, vna cum toto sanctissimoru scriptorū choro. Aduersarij etiam ab omnib. retro hæresib. nedum à scriptura acq; sacris doctorib. deseruntur. Neq; enim

A 2 extitit

## L O C I , D E

extitit haeresis: si vnam Prædestinaturum excipi-  
as: quam eó insanię delapsam legerimus. Opso-  
p̄cius ad Albim, & qdā Raidus vere ḡad̄ioīγyos  
quod tota vicinia clamat: ē Ro. Curta, fide atq;  
eruditio plus satis curta, homo miser, sed nemí-  
ni nec sibi miserabilis, contra priorem farraginē  
oppederunt, non scripserunt. Perstat adhuc &  
obdurat immotus libellus, quem ego in præsen-  
tia neq; sub incudem reuoco, neq; rursus extrus-  
do, sed ex hoc aggestis locis plures addo, eosq;  
genuino in sensu succinctos, vna cum prioris in-  
strumenti copijs in expeditionem emitto,  
ut vtriusq; instrumēti panoplia simul  
ostensa contentiosi territi, sub alā  
fortis Israel, dum licet, si ve-  
lint, seruandi confu-  
giant. Vale.  
Eislebiū apud diuum Andreā. Anno dñi.  
M.D. XXXIII. In Februario.  
Georg. Vuic.

## I N C A L V M N I A T O R E M.

Surgent Eumenides erebo vctesq; colubræ  
Atq; aderit ditis tota caterua malū,  
Vt tingant turpentq; rudi mea scripta veneno  
Et felle aspergant: non mea dicta: suo.  
Sed nihil efficies cacodemoniis angele pulchri  
Non cedent portis hēc monumenta tuis.  
Stultitia est quod agis. Verbum dominiq; deicq;  
Ecclesiæ in ceras absq; dolo retuli  
Cur diuina minus sapias oracula scripta  
Inuide mārcescens ira dolorq; facit.  
Attamen est cur tu placeas tibi iudice turba:  
Iudice ego palmam posteritate fero.

Ex Gene:

BONIS OPERIBVS  
EX GENE.



SPEXIT DEVS ad Abe et  
ad munera eius. Hoc est, authore  
Chrysostomo, accepit, gratum ha  
buit, laudavit, quia recta intentione  
& syncera mente obtulerat. Resis  
pisce igit̄ pseudeuāgelice p̄co, q̄ hac tē atrociſſ.  
dictis in bono, operū dignitatē abs re inuect⁹ es,  
magis zelo fatuo adeo q̄ affectui cui dā, & leuis  
turba plausib. indulgēs quā cōsyderās, quid, quo  
modo, in quē ſi nē diceres. Quin honorabis in po  
sterū opera, vt pote quē tāti fiāt apud Deū Opti.  
Max. & huc ducta animas, vt interiori bonitati  
exteriorem adiungant, vt aſpici cœlitus in operū  
ſtudio mereantur.

Cap. 4

Nonne ſi bene egeris, accipies. Hic de trans- Eodem.  
latione cōtrouersia eſt. Nos certi ſumus hoc lo- נאש  
co vſurpari hebreis Seeth pro capere ſiue ferre,  
quēadmodū & Gene. 44. quo q̄ reddiderūt. Itē  
z. Reg. 2. Rabbini hāc voculā de remiſſione inter- זב  
pretantur, vixi. Gen. 50. vbi dicitur. S A N A id  
eſt, Remitte obſecro. Prēterea ſi Robotz futurū  
facis, & ad Cain refers, cur non Seeth quoq; ma  
xime cū vtrobiq; de eiusdē vel mercede vel pœ-  
na loquatur, iuxta eius vel benefactū vel malefa  
ctū? Sed nihil mirū, quod noua Germanorū  
translatiō à veritate textus refugit. Necq; enim il  
la habet, niſi quod cauſæ eſt accōmodū. Namet  
ſi fraud nequicq; prodest dogmati, qua pro:accis  
pies:oblatio vertūt, Nā eodē recidit, oblatio ſur  
sum aſſumitur. Sed eius qui in vita bene facit, nō  
qui credit tantū: vt videas beneficētia cōmeſda  
ri ceremonias. Ad hīc ſi eſt oblatio aſſumpta, &  
hoc ob benefacti, m uifeto liquet, quanti precij  
apud deum ſis, Si benefactis impense ſtudeas.

A ; Sustollis.

## LOCI, DE

**Cap. 6.** Sustollitur ē peccatrice generatione. Enoch, nō ob aliud profecto, q̄ quia ambulauit cū d̄o, hoc est ob diuinā eius vitā. Fides (sine qua fieri non potest ut quis deo placeat). in eo inerat vel Apostolo teste Hebr. ii. at vītē modo mentio fit in eius sublatione, ne dubites, maius esse sincere viuere q̄ credere. Nam olim in iudicio cœcumens, eo magis ad calculū reducetur, quomodo vixeris q̄ quomodo credideris. Matth. 25. Multitudo recte credit, at in ea vix pauci (ut nunc sunt tēpora) recte viuunt. Memoriq̄ illud affige: Maior horū charitas. I. Cor. 13.

**Cap. 7.** Ingredere tu Noe & omnis domus tua in arcam, te enim vidi iustū in generatione hac. In. 6. cap. dicitur Thamim Ἀμωμος ambulasse cum Deo, sicut Enoch, vt scias, quid demum sit, quod tantopere in eo probarit Deus, nēpe vita bona, quam (malū) multis concionum arietibustemere quassarunt Luterist̄. Causa erat salutis patriar̄ chæ probitas, quam precessit fides. Hebr. ii.

**Cap. 8.** Non delebo Sodomā propter decē videlicet iustos. Magni pr̄tij in cœlo sint oportet iustitiae facta, ob quę nimirū parsurus erat sodomitis iratus dñs. Stellula insignito: propter. Ad eū modū pollicetur sese propitiū fore Hierosolymæ, si vñ dūtaxat virorū inueniatur, qui ex animo recte & fideliter viuat. Hiere. 5. Adeo cohibere etiā pia p̄rū facta furorem domini valuerint.

**Cap. 20.** Propterea dicitur dominus parsisse siue coercuisse, ne Abimelech se stupro contaminaret, qđ in simplicitate cordis & innocentia manū ad se accersierat Sarā. Quo claret, sepe custodiri nos à scelere propter innocētię stimulos. Cōtra , tradi in reprobū sensum ut pr̄ter modū peccent, eos qui peccatis gaudent. Eiusmodi bong vītē com- modi

## BONIS OPERIBVS

4

moditates infinite sunt.

Per meipsum iuraui, dicit dominus. Quia fecisti hanc rem &c. Vix alibi reperias causam eius dentius expressam, atque hoc loco. Nam praeter Kitem, etiam Iacob adiicit Hebreus, ut duplicata cernas Rationalem, quo res indubitator sit. In nunc & blatera, Deum ob opera nostra neque facere quicquam neque omittere. Abrahæ fides meretur predicari. Roma. 4. Hebr. 11. Sed que opus istud, per quod ad extremum delectauit dominum. Per quod inquit adeo adegit dominum, ut se illi totum effunderet. Omnia celebranda ob buccinanda viri opera, qui non fide solu, verum etiam obedientia, & operis executione iustus extitit Iacob. 2. Adeoque cui nihil profutura erat iustitia fidei, nisi accedisset iustitia operum.

Cap. 22

בְּנֵי יִשְׂרָאֵל

Dabo posteris tuis &c. Eo quod obedierit Abraham. Quod supra dictum. Hic stabilitur. Obedientiae deo grati operis causa affirmat se dominus benefacturum genti Iudaicæ, ac nobis qui in huius locum successimus, olim inserti. Ex citare igitur credens, excitare & euigila ad studia bonorum operum, imitator fidei Abrahamicæ iuxta actionum. Venditur hic obseruatio Mandatorum dei, que aliquid est, cætera nihil. 1. Cor. 7

Cap. 26.

Non uno scripture loco apparet, dominum respicere ad pressuras etiam & passiones nostras. Quemadmodum hic videt in humilitatem & contemptum Liebre, quo factum ut preæmulis prolificare redderetur. Sic respexit ad humilitatem Magistarum deiparæ, perpetue virginis, Luce. 1. & Israëlitarum, Deutero. 26. Atque hic locum habet illud in humilitate nostra memor fuit nostri. Iacob fastetur dominum labore manuum suarum respectu Cap. 31. Sic Exod. 4. Porro illud respiciendi

Cap. 29

A 4      verbum

## LOC I, DE

verbum cōplectitur diuinā munificentia , & lati  
nis aliquoties in eo sensu usurpatur. Iuuenal. So  
lus enim tristes hac tēpestate camēnas, Respexit  
Quę memoro, vt rubore suffundātur , qui fidem  
duntaxat à deo respici prodiga infreniq; lingua  
sua indefesse lallant.

**Cap. 30** Propter Iacobi pietatē bñdici ac ditari se dep  
dicat Syrus ille. Tantū vbiq; & semp homi effi  
cit probitas, quę fide nititur. Hoc modo cap. 39.  
legis dñm bñdixisse Aegypto propter Iosephū  
ne nesciremus, q; vehemēter mulceret afficeretq;  
deū pietas viræ, & inuitaret ad bñfaciendū nō so  
lū bene operātib. verūtia propter hos male ope  
rantib. Quid rogo te addi posset laudi bo. operū  
Bñfacit dñs bonis & rectis corde, Bñfacit idem  
malis & prauis corde propter bonos , q; tamen  
boni nō essent, nisi hoc ipsum extimis documen  
tis declararent, hoc est, nisi corā hominibus lux  
eorum luceret. Lucete, inquit Paulus, vti lumina  
ria. Tale olim adumbratum est, quando trecenti  
id est, pauci ē multis sub rectis lampadib. pugna  
bant. Iud. 7. Cui libet, is dsquirat Iosephi huius  
opera, quorum valor in publicam Aegypti vtili  
tatem redundauit.

## EX EXODO.

**Cap. 1.** Benefecit ergo dominus obstetricib. Mox.  
Quia timuerunt deum , ædificauit eis domos.  
Pro eo quod detrectabant crudeles manus infan  
tulis afferre mulierculæ, sed metu dei à malo ab  
stinebant , conseruantes hébræam prolem, exhi  
buit se in eas benignum dominus . Fecerunt ve  
rum quod scribitur. Qui timet deū, recedet à ma  
lo. Quām propensa est voluntas dei in operarios  
Quis det , vt nos totos transferamus ad ope  
rāndi studium . Occurritur hic à Misergis ,  
An

## BONIS OPERIBVS.

7

An non propter misericordiam suā magis iurūt ac saluat deus? Respon. Indocte, Quid aliud sunt bo. opera nisi Misericordia dei? Hęc pręuenit, hęc subsequitur, Sine hac nihil operamur. Quid quoę boni fructus ferres, nisi es palmae in vite, qui est Christus. Ioan. 15

Ascendit clamor eorum ad deum & opera pertin Cap. 2  
gunt etiā ad astra, nō humi tantū repunt, ut nū  
gantur isti. In memoria & conipectu dei sunt,  
quoęcunque operamur. Vnde dicit Apocalyp. 2.  
Scio opera tua. Psal. 20. Memor sit omnis sacrifici  
ū tuū.

Si obedieris voci domini & quod rectū est  
coram eo feceris, nō inducam super te languore  
&c. sic cap. 11. Probitas & innocentia recti præ  
seruant hominē a morbis, pręter tot alia cōmo  
da, quoę parit & corpori & animae, dominus mi  
nis etiā impellit ad officium, usque adeo gaudet  
morum nostrorū reconstitutio. Animaduerte in  
terior conditionalem Si: de hoc infra non nihil

Si obedieritis voci mea, eritis mihi in pecu  
lium præ cunctis gentibus. Minuenda igitur opi  
nio est qua freti, secure stertimus & bene opera  
ri negligimus, persuadentes nobis, quod simus  
sacerdotes, reges, populus & hæredes dei, fra  
tres & cohæredes Christi, etiam si tantum credi  
mus, & opera tūs relinquamus. Seducti su  
mus a rectoribus nostris, qui docuerunt. Opera  
bona nihil conducunt vel ad iustitiam vel ad salu  
tem. Cæterum huic loco Euangelium consonat.  
Vos amici mei estis, Si feceritis quoęcunque præ  
cipio vobis, Ioan. 13.

Facio misericor. in millia his qui diligunt Cap. 20  
me & præcepta mea custodi. Operans pro  
mittitur misericordia dei, non ijs qui apud Sy  
A s rach,

## LOCI, DE

Each, peccatum super peccatum adiiciunt dicentes. Misericordia domini magna est. Talibus respondet dominus. Hiero.<sup>15</sup> Laborans miserans. Attamē maturantes resipiscientiam audiunt. Nolo morte peccatoris. Ezech.<sup>8</sup> Ceteri in Tophet ablegabuntur, vbi erit fletus & stridor dentium. Disce hic, obseruat, onē preceptorū dei ē dilectionis fonte profluere, quare prius dicitur. Qui diligunt me, post vero, Et precepta mea custodiunt, iuxta illud. Qui diligunt me sermonem meum seruabit. Vide Deut.<sup>10.</sup> & <sup>11.</sup> Dispereant sicut quisquiliq; à facie venti qui docuerunt precepta dei nō esse data ut ea faciamus aut facere etiā queamus. Item precepto nos non meliores sed peiores effici. Rursus, precepta operib; non impleri

Decalogus ad opera spectat. Hūc seruati porta coeli patet. Mat.<sup>19.</sup> Hūc seruati vitę æternę hęreditas promittitur. Mar.<sup>10.</sup> Operi quarti precepti promittitur longæuitas. Deut.<sup>5.</sup> & <sup>7.</sup> Prover.<sup>3.</sup> & <sup>4.</sup> præterea. Ezech.<sup>6</sup>

Seruietis domino deo, vt benedicā panib; vestris & aquis & aufer, infir. Seruendū Creatori Redemptoriq; nostro erat, citra etiā remunerationis spem, quāto igitur seruētius seruendū, posteaq; tot stipendijs inuitati sumus? Seruitus vero est Iustitia & Sanctitas Luce<sup>1.</sup> Bonitas cordis deu.<sup>28.</sup> Integritas & veritas Iosua.<sup>24.</sup> Timor & tremor Psal.<sup>2.</sup> Nouitas vitę Rom.<sup>6.</sup> Seruitus proximi est charitas de puro corde &c.<sup>1.</sup> Timo.<sup>1.</sup> Per charitatē seruite inuicē, Gal.<sup>5.</sup> Luteristici præcones predestinatis pares dicunt cum Iudeis apud Malachiā: Vanum est deo seruire, & quod cōpeditum est, quod custodimus precepta eius. Simus nos heus orthodoxi serui dei & Iustitię, qui ante serui diaboli & peccati fuimus, Obitupescire &

## BONIS OPERIBVS.

& audite, deus noster ignis deuorās est, & idem  
remunerator querentib. se

Placatur iratus dñs opere orationis, quēadmo Cap. 3.  
dū eodē opere sanatur Sara Gen. 20. & per hoc  
promittit vita Abimelecho. Hoc opus cedit A.  
malechū Exo. 17. Impetrat prolē Rebeccę Gen.  
25. Per hoc sperat Paulus se donatū īri Philemoni  
Sed arenam numero, tu ipse scripturas reuolue.

## EX LEVITICO.

Propitium reddit deū opus orationis, Sicuti Cap. 4.  
psal. 106. clamauerunt ad deum cū tribularentur.  
Sic. 3. Reg. 17. Claudit & aperit cataractas cœli.  
vide Iud. 3. 4. Nihil potētius isto opere, Si adiun-  
cta habeat ieumia & eleemosynā Matt. 17. Act.  
10. Tob. 12. Beatus qui experitur. Phialas horum  
operum (prēcationis) plenas non abiçiet agnus  
Apocalyp. 5.

Demulserunt deū opera hostiarū exteriora, Cap. 19 &c.  
atq; adeo in hoc adhibebantur, vt demulcerēt. 22.  
Quāto aut̄ citius certiusq; serenabit eū bo. opus.  
posteaquā ex inimicis amicos nos ei exhibuit Ie-  
sus seruator. Opera sacrificij nostri gnauiter ope-  
remur. Ascēdūt enim in cœlū vt suauiss. odor. of-  
feramus cor contritum psal. 50. os laudis psal. 49.  
Hose. 14. Heb. 12. Imo totū corpus nostrū Ro. 12.  
Hæc demū opera sunt viuētia, sancta, deo placen-  
tia Beatiss. vir. qui per hęc Redēptori suo serui-  
re satagit. Lege Orig. de isto sacrificij genere &  
vſu, Super. Roma. 12.

Si in prēcep. meis ambula. &c. dabo vobis Cap. 26  
pluuias tempo. suis. Vt omni affectu cupit, vt  
ferio exigit, vt indesinēter efflagitat deus noster,  
quo bene operemur. Iussa amara dulcorat mellis-  
tiss. promissionib. vt alacrius agonizemus per vi-  
am strīctā, Dare se centuplū recipit operarijs, &  
dein

## LOCI, DE

dein vitam æternam, nec tamen audiunt incircu-  
cise aures. Malunt enim in vetustate vitæ atteri  
& dicere: Vetus vinum melius, ô iram dominis  
ardentem, & portatu grauem

## EX NUMERO.

Cap. 14

Seruum meū Caleb, quia plenus alio spiritu  
secutus mē est, inducam in terram hanc. Hebræi  
succinctius & neruosius. licet obscuriuscule esse  
runt. Impleuit post me, quod. lxx. dixerunt: Se-  
cut⁹ me est, Cuius sensus est, studuit me imitari,  
nihil prius habuit, quam me imitari. Voluit san-  
ctus esse cum sancto deo, atque adeo in deū qua-  
si transformari. Quo idiomate & alibi in Calebī  
laude vtitur, præsertim Iosua. 14. quasi peculiare  
eius elogium istud sit, quemadmodū Enochī &  
Noe Vaith hallech eth haelohim, de quo supra.  
Cæterum hic & Deut. 1. Vides Calebō ob bos-  
norum operum sanctimoniam promissam terram  
contigisse, que adumbrat hæreditatē conserua-  
tam in cœlis. Nam illo itur per opera & præfus-  
ras. Matt. 19. & Act. 13. Insuper vides toties pro-  
missam cananæam populo denegari. Cur id?  
Quia nolebat audire & obedire. Aspice textum.  
Ipse adeo Moses tam ob incredul. Nume. II. q  
ob præparationē & prophæ. non potuit beatæ  
terræ fieri particeps. Deut. 31. promissa dei habet  
plerunque annexas conditionales siue continuati-  
uas, vt Beati estis. Si feceritis Ioan. 13. Vestrum  
esto Brabion. Si ipsum currendo præhenderitis  
1. Corin. 9. Coena parata est, Si vos modo digno  
cultu ad eam accelleritis. Matth. 12. Ibidē habes.  
Non prospere cessurum transgressorib. verbi do-  
minici. Nam ipsum dominum cum talibus non  
esse. Solēt etiam pessimi quique opinari Deum  
a se stare, vt Mich. 3. vociferantur. Nunquid non  
domi-

## BONIS OPERIBVS.

dominus in medio nostrum? Non venient super nos mala. Sic Hieremi. 21. Quis percutiet nos, & quis egredietur in ædes nostras? Hoc pæcto persuadebat sibi Ioannes ille Giscalonites apud Hegeſippum, tuta Iudeis fore omnia in obsidione Hierosolymæ. Nam adonai iſto in loco incole re. Iactare licebat Templum domini, templum domini, at se tutari in templo domini non licebat. Imò in lib. Reg. dici sciebat, templum solo equandum, ni pergaνt Deo soli seruire, & bene operari, quod à Chaldeis antea facitatu, quam uis hoc futurum pauci crederent. Scribitur sanè dominus ignem in zion & Caminum in Ierusalem habere. Sed tamē miserabiliter relicta vires est ob vitia sua. Memoria promissa dei tenemus, at minas eiusdem obliuioni contradimus. Haud scio stultiores ne an miseriiores. Meminerimus igitur tum nobiscum fore deum, Si quæsitauerimus bonum & non malum. Amos. 5. Exprimamus Dauidem morum probitate, ut cum illo dñe queamus. Non timebo mala, quoniam tu tecum es.

Extinguit iram domini flagrantem opus bonum phinees, quod opus illi imputatum est ad iustitiam. psal. 105. Haud aliter atque fides Abraham, de hoc in priore libello. Mirifice iactant Euangelion, ut bonum operum utilitatem & existimationem obfuscent, sed ad populum phaleras. Euangeliū sonat: vincit exite, sed iam egressis sonat: Ne posthac pecceris, ne asperius reuinca mini, & redeat spiritus impurus fiantque nouissima priorib. deteriora. Euāgeliū sonat: Heus siti entes venite ad aquas, sed idē mox: derelinquat impius viam suam. Proverbio. 9. Vocantur ad mensam, i.ecclesię societate infantes siue insipientes,

## LOCI, DE

entes, sed h̄dē mox audiunt. Relinquite infantia.  
Hoc est: Ne estote quales eratis. Marcus scribit,  
prēdicat Euāgeliū, sed Matthēus docete eos ser  
uare quęcunq; pręcep. vo. Ve derisorib. in malū

### EX DEUTERONOMIO.

In isto libro vbique infigitur vita pia puraç;,  
sed non simpliciter. Affigitur insuper vitę pię pu  
ręç; merces. Nā ego alioqui nō coaceruo leges.  
Eos vero pręceptorū locos supra repetitos ocu  
lis Christianorū subiçimus, qui pręterq; quod  
iustu fatigāt, illecebris etiā succulentarū promis  
sionū delectant, idque facio, partim vt catholici  
hoc seuerius bona opa excolāt, partim vt Schis  
matici facilis ad sanam mentem reuocentur, &  
si qui sunt χλιπόσωποι vehementius reuincan  
tur expugnenturque.

**Ca. i. &c. 5** Addit benigniss. deus factorib. suę legis, vt be  
ne sit vobis &c. Q. D. Nō superuacaneū est nec  
infrugiferū. Si recte facta cumuletis. Ero enī ob  
haec vobis placatior & ijs factis meam erga vos  
volūtatē liberalitatęç; demerebimini. Qui Chri  
stiani censemur toties nobis cœlestia etiā ac æter  
na promitti credimus, quoties caducorū prēmi  
orū fit mētio. Etenī vſu venit, vt iustissimi quicq;  
minimo omnīū tēporaliū istorū plerunque fruā  
tur, nec minus tamē verax deus est. Proinde vbi  
illi ē corporū vinculis tanq; ē carcere euolaue  
rint, tum demū fructetur pollicitis in beata patria,  
in terris tamē nō derelicti, psal.: Diues deus ea  
dem facilitate remunerat stipendiarios suos inuisi  
bilis. quā visibilis. Neque enim ideo nō æterna  
quoque contigerunt patriarchis, Calebo, Iobo.  
pijs regib. &c. quod fluxis hic vſi fuere: Quę  
quo parcus nobis in vitę huius breuitate reddū  
tur, eo copiosius æternis donatiuis in futuro ſecu  
lo obru

## BONIS OPERIBVS. 8

Io obruemur. Delyrant igitur, qui benedicendi verbū, & vitæ, item beatitudinis in veter. instr. temporalib. duntaxat alligāt. Qua disputatione dum se bo. operum necessitatē acriter debellare putant, Christū & apostolos imprudēter calcāt. Hac de re alib. Porro carptim recensemus tem poralia ex Deut. Propter bo. opera, bene fit tibi à dño, vt prolongetur vita, vt in pace viuas, ut incolumis, vt benedicatur fructus ventris tui, fructus agri tui, fructus pecorū, caulæ ouisū, horrea, cellaria. Promittitur tibi operū præceptorū gratia victoria de hostib. gloria & diuitiæ, celsitu do, potētia & nihil nō. Sunt loci innumeri qui ea dē policeātur. Vide Hie. 42. 4. R e. 17. psal. iii. 12 7

Et iustitia erit nobis, si custodierimus & fece Cap. 6  
rimus omnia præcepta eius. Belialitæ Luteristæ  
ceu abortigenes, genus hominū sine legib. liberū  
atq; solutū, cōsueuerūt eos Iusticiarios per cōtu  
meliā appellare, qui ad opera sunt propensiōres.  
Nā ea hāc tenus plane reiectanea in illorū scho  
lis sunt, vsque adeo scilicet fauēt gloriæ Christi,  
Qui secundū nouā Theologiā, opera pati nō po  
test. Itē: qui oper. bonis cooperti sunt, penetrare  
cœlum non possunt, Imo ouicula Christi horret  
vbi concionari aliquem opera inaudit. Præterea  
præceptum decalogi tertium violat, qui prædis  
cat opera moralia. Rursus: Non est in ecclesia  
simul magister fidei & operum. Tandem  
docuerunt: Sint sanè opera, modo sciatur ea es  
se coram deo peccata. Id genus ducenta emble  
mata in spectaculum afferrem, nisi decreuissim,  
vt semper, esse breuis. In retectione Luterismi  
eiusmodi, spero, mox dabimus. Verum hic appa  
ret. Iustitiam attribui obseruationi præceptorum  
dei, idque in ihs qui crediderunt deo. Locum ipse  
dile

## L O C I , D E

discute ex sente hebr̄o. Infra cap. 24. pari ratio-  
ne dicetur de oper b. bonis vt habeas iustitiam  
coram domino deo tuo.

**Cap.ii.** Magnifica promittuntur factorib. Quę nis-  
mirum indicant, quām serio à nobis exigantur  
bo. opera. sed dysangelicę sectę persuaderi non  
potest, vt in mentem inducant, deum operib.  
affici.

**Cap. 26** Eligimus vt simus deo populus peculiaris,  
& vt custodiamus pr̄cepta eius. Apud Paulū dicimur redempti, vt simus populus zelotes  
bo. operū. Tit. 2. Hic mox creati etiā dicimur in  
laudem, nomen & gloriam dei, quemadmodum  
Esaïe. 43. Tolle pieratem, recta opera, mores, in-  
stituta, vitam, virtutem, iustitiam, & istud pecu-  
lium omneque sustuleris, quod sumus. Creati,  
redempti, electi ad sanctimoniam sumus. Eam  
ni perfecerimus, deum non videbimus Hebre.  
12. Laus & gloria dei est, bona vita fidelium Chri-  
sti. Philip. 1. Repletis fructu iustitie in laudem &  
gloriam dei. Sicuti contra Blasphemia diuini no-  
minis est mala vita. Ezech. 36. Roma. 2

**Ca. 15. &** Terrā dabit tibi dominus deus tuus in pos-  
sessionem. di tamen audieris vocem eius, & cu-  
stodieris omnia &c. Non hoc tantum libro sed  
in Reg. etiam συναπτικως promittit dominus  
bona sua, vt sciens scias, nisi planè bardus es, ne-  
cessario requiri bona opera. Hebr̄um, ne diffi-  
**Ra Kim** das lector, sententiam hanc citra controuersiam  
gignit, Ra Kim & sic ceteris in locis quoque ha-  
bet. Vbi igitur sunt qui clamant operib. cū pro-  
missione non cōuenire: palā est, promissionē dei  
tam fidē q̄ opera poscere. Habentes promissio-  
nes, inquit Apostolus, mūdemus nosipso. &c.  
id quod

## BONIS OPERIBVS.

¶ quod continuat, ne putemus cū Luteristis, sufficere, si promissiones fide captemus, de conuersatione nihil solliciti.

Vt habeas iustitiam coram domino deo tuo.

Cap. 24.

Lorarijs digni sunt, qui nomen iustitiae à virtutū factis relectū, sōli fidei vendicarunt, id quod ne scio audaciam ne, an ruditatem an maliciam inter preter. Atq; ij sunt, qui primi scilicet intellexerunt sacras literas, hos nos secuti quinquennium priscorum scriptorum gloriae indignissime insul tauimus. Sed redditā mente, nobis persuasum habemus. Iustos etiam coram deo esse, qui post fidem rectam vitæ viam ingrediantur. Nec fide sola satisfieit deo, qui ad conuersationis honestæ curam nos verbis, exemplis, premijs deniq; pro uocarit. Joan. Christo recte. Non modo, inquit, qui fidem habent, conuersatione neglecta, regnum cœlorum non poterint introire, sed qui cum multa etiam fide splenduerūt claritate signorum, nec tamen aliquid boni operis in vita exercuerunt, à cœlestibus similiter ianuis repellentur.

Maledicuntur operarij iniquitatis. Nam ij audiunt apud euāgeliū. Discedite à me ἐξ ὀλεθροῦ adeoq; in gehennam vbi vermis eorum nō morietur, & ignis eorum non extinguetur. Cæterū qui hæc monet videtur cum Lot ridens loqui, sed olim plus nimio experientur. Math. 25.

Cap. 27.

Benedicuntur operarij iusticiae, Nam ij audiunt: venite, possidete, viuite, regnate, ô glo, iam admirandam, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Hic hic apparebit multa merces sanctorum operum.

EX IOSVA.

Meditaberis in libro legis die ac nocte, vt cui studias & facias omnia &c, tunc prosperabitur

Cap. 1.

B via

## LOCI, DE

via tua. Hinc psal. primus. Obserua, Tunc bene  
fortunare deū quin nostra studia verbi diuini re-  
gula metiamur. Tūc exaudiemur precātes, quin  
officium in proximū cōferamus. Esa. 58. Secūdis  
rebus etiā vtūtūr mali Iob. 21. et Hiere. 12. Sed suo  
malo. Pone ob oculos epulonē Luce. 16. & Esau  
Hebr. 10. Appetit tēpus quādo n̄, quorū spes ceu  
lanugo est & velut spuma gracilis, dicent: Quid  
nobis profuit diuītarum factantia? Transierunt  
omnia illa tanq̄ vmbra, & tanq̄ nuncius precur-  
rens, Sapien. 5

**Cap. 2.** Opus hospitalitatis Raab Hierichōting eme-  
ruit illi salutem corporalem & spiritalem. Vide  
Iacob. 2. Sic Lot ob hospitalitatem malis eripie-  
batur, Gene. 19. & quia oculis auribusque iustus  
erat. 2. Petr. 1. Neq; tamen eiusmodi illis profu-  
ta erant, ni ante credidissent. Habes confessionē  
mulierculæ, qua se credere arguit: dñs deus ve-  
ster, in cœlo sursum & in terra deorsum &c.

**Cap. 14.** Caleb iterū atq; iterū cōmēdatur à diuina cō-  
uersatione, de qua supra, Ventri obedientia peco-  
ra istiusmodi non curant. Gaudēt in vitę veteris  
volutabro consenescere, & recte monentib. og-  
grunire: Deus est misericors, Qui credit dūtaxat  
immortalitate fruetur. Christus impleuit legē,  
vt non dānare possit si nos eā minus impleamus  
Ipse fecit opera, ipse expiauit, quicquid peccam⁹  
Animā efflaturi ablegabimus ad hunc tortricem  
conscientiā, & accusantē diabolum &c. Habes  
Euangelij à tineis & situ vindicatū dñs homini-  
busq; plaudentibus, id quod ni faciū fuisset, ebrj⁹  
atq; rustantes paradisum intrare non poterant.

**Cap. 24.** Josua exēplo se fidelis obfirmet, ne alijs dege-  
nerantib. ipse quoq; vna degeneret, dicat ex ani-  
mo: Ego aut & domus mea seruiemus dño. Qui  
nolunt

## BONIS OPERIBVS:

10

nolunt pietatem consecrari, omittendi sunt, Matthæi. 15. Impijs & intractabilib. via lata relinque da est, quæ ducit in exitum, quantumlibet adeūtib. commoda videatur Matth. 7. Tale nouerūt & ethnici: Molle ostentat iter via lata, sed vltima meta præcipitat captos voluitq; per ardua saxa. Præcipit apostolus, ne nos geramus sicut cæteri. 1. Thess. 5. qui gratiam ad lasciuiam transferunt. Iudæi. 1.

## EX IVDIC.

Vel in Nazaræis appetet & Rechabitis Hie  
re. 35. auere deum religiosa opera. Nec video cur  
non quiuis Christianus Nazir & esse & dici de  
beat, hoc est, is qui se abstrahat seu separat à mun  
di huius contagiosis illecebris, & se totum, quan  
tus est, Conditori Redemptoriq; suo consecret  
atq; addicat. Hinc illud Iacobianum, Religio pu  
ra & immaculata est semet immaculatum serua  
re à mundo. Quiuis Christianus: ut animi sen  
sa paucis exprimam: aliquo modo monasticen  
exerceat, non tam in practica quam theoretica vi  
ta. Nam ita demum responderetur baptismi ec  
clesiastici votis & germanæ eius significationi,  
Roma. 6. Colos. 2. Atq; ita recta imitaremur  
Maiores, qui initio Ecclesiæ in pura & integra  
conscientia secundum Euangeliū viuebarit, de  
quibus post philonē Eusebius noster, & in episo  
stola illa ad Traianum præclarissima Plinius Sec.  
Sed habet satan cauilla, quibus obstrepat diuinæ  
philosophiæ: En, ait, Cynicos, Stoicos. En  
Effæos, Encratitas, Catharos. &c. vt impleat  
illud prophetæ: Declinans à malo, prædæ  
expositus est, & Apostoli: Qui volunt pie  
viuere in Christo Iesu διωχθίσονται Sine in  
uidia pseudochristianorum nemo omnium vng

Cap. 3

L O C I , D E  
benefacere & deo suo placere potuit. Erit hora,  
quando caussa pro tribunali agetur.

EX R V T H .

**Cap. 2.** Reddat tibi dominus pro opere tuo , & ple-  
nam mercedem recipias a domino. Adeum pro  
pe modum præcatur Paulus Onesiphoro . 2. Ti-  
moth. . Non perit merces poculi etiam frigide  
aquulae Matth. 10 . Huc pertinent loci operum di-  
lectionis, Lucæ. 14. & . 15. Agnoscitis igitur tan-  
dem operum bo. carnisices, q̄ impie, q̄ impuden-  
ter imprudenterq; credulam Germaniq gentem  
deceperitis. Fuit inconsiderata leuitas, quod ope-  
rum curam ex ecclesia deturbastis, & disciplinā  
euacuastis. Sin minus agnoueritis errorem sacri-  
legum, Sed insuper eum defensitare perrexeritis  
Scitote nos olim dicturos ἐν τῇ ἀπωλίᾳ ἡ-  
μῶν, ἢ οὐτε ἀργεῖ οὐτε νυστα, αὐτοὶ δικη ἐστὶ<sup>ν</sup>  
δεῶν, οἱ οὐλυμποὶ ἔχουσι.

EX PRIMO REG. LIB.

**Cap. 1.** Imperat ardens ac improba Hancæ præcatio  
cum promissione sive yoto coniuncta filium, qui  
tale nomine etiæ refert . Operaria est ista mulier,  
& hoc deo acceptior, hoc sapientior , deoq; ple-  
nior, sicut deo eius loquitur. Huius generis est  
Hanna apud Lucam cap. 2. quæ spinæ instar est  
in oculis Luteristarum. Talis est Symeon iustus  
apud eundem. Voluerunt illi, pro nephias, colle-  
ctis operibus in cœlum scandere, voluerunt cœ-  
lum operib. soluere, Non eguerunt Christo, ipsi  
sibi fuere saluatores, Ipsi sibi fuere via veritas &  
vita, o antichristianos papistas. Hæc μῆμιτικῶς  
Nemo omnium est, opinor, qui dubitet de salute  
parta per unicum Iesum Christum. Deinde qui  
nesciat fideles iustificatos suisse , hoc est iustos a  
deo

## BONIS OPERIBVS.

deo pronunciatos habitosq; ob fidem, quę ianua  
est ad vitam, vt inquit Chrysost. Postremo qui  
nesciat fideles sua opera per donatā gratiā opera  
ri, & ea valere ac prodeſſe propter vnicum illud  
opus salutiferæ mortis Iesu Christi, ita vt totum  
recidat in gloriam vnius Christi, qui magna ſæ  
ueritate iuſſit bene operari, ſi velimus frui parta  
ſalute. Atq; huic conſentit reliqua ſcriptura, tam  
legis q̄ prophetarum.

Quicunq; honorauerit me, honorabo eum. Cap. 2.  
Honor dei Opt. Max. est, ſeſe ad rectum conuer  
tere quod græci κατορθωμα, vocant, quo omnia  
vt inquit Ambroſius, corriguntur. Heli ſatis cre  
debat, ſatis erat in cultu dei affiduuſ, ſed viṭe cō  
munis iſtitutio non cōgruebat. Nō erat bonus  
pædagogus, hoc eſt, nesciebat propriæ domui  
præfeſie. Ideo dicitur, deum non honorare, ſed cō  
temnere. Porro magnum eſt a deo honorari, &  
honorem tantillum omnium maximo honore  
pensari. O opus bene collatum.

Promittitur ſalus de manu hostium, ſed poeni  
tentibus & ad dñm conuertiſ: Seruite, inquit, ei  
ſoli, Et eruet vos. Quod ad dominum attinet. Sa  
lute non deſtituimur, at cautio eſt, ne nobis ipſi  
deſimus. Promiſſis ſuis ſtabit deus, tu vide offi  
cij memor ſis. Ne cauſare vires imbecillas. In  
domino faciens facies virtutem. In domino om  
nia poteris: Nam ipſe operatur in te & velle &  
perficere. Liberum tibi eſt Christiane, vt ro ve  
lis inclinare. Idcirco adjice animū ad recta, quę  
immortalitas comitatur.

Dominus reddat tibi vicifititudinem hāc pro  
eo quod operatus es in me. Sic. 2. Timoth. 1. Se  
pe refocillauit me &c. Instituat nos Dauid ho  
mo ſecundum cor dei, Is quia Maletractatus, be  
nefecit

## L O C I , D E

ne fecit hosti Sauli, recepit benefacta centuplum  
in hac vita, & nunc vitam æternam. Huius Ogo-  
doas edocet, quanta cum admiratione naurat o-  
peram iustitiae officijs: De quo ego in Hypodig-  
matis diuorum veteris testamenti.

Dominus reddet vnicuique secundum iustitiæ  
suam & fidem. Tritum est: Nullum bonum irre-  
muneratum. Iustitia iusti, inquit propheta, super  
eum. Porro maximi atque excelsi peccoris est, ho-  
sti fidem seruare. Quam rem necesse est & val-  
de deo probari, & ingenti præmio pensari, No-  
tum est vel e gentium literis, quanta cura semper  
fidem exoluerint viri integri, adeo ut hanc non  
pro vulgari Numine duxerint, cui nimis apud  
Athenienses delubrum fuisse legimus & Roma-  
nos eam in capitolio vicinam Iouis sui esse voluiss-  
se. Vnde illud Ennius: o fides alma, apta pinnis &  
iusiurandum Iouis. Hinc lacæna quædam cū ven-  
deretur, rogata quid sciret, respondit: Fidelis es-  
se. Quasi hac scientia nulla maior sit. Plutarchus  
in polit. hanc fidem mire prædicat: Primum &  
max. omnium, inquiens, quæ existimationi bo-  
norum ciuium tribui possunt, fides certe est, quæ  
gradum ad agendum constituit, & aditum mag-  
na capessentib. præstat, propugnat, armat, instru-  
it bonos benevolentia ciuium aduersus obtrœcta-  
tores, & sicut mater ab infante suauiter dormien-  
te abigit muscas, ita liuorem inuidiamque procul-  
pellit. Mar. Cicero non semel fidei nomine vni-  
uersam complectitur virtutem. Vicit vero in fi-  
de, præstanta tam grecorum q̄ Romanorum ex-  
empla Dauid, vt pote qui iusiurandi fidem crude-  
lissimo hosti exhibuerit, idq; vt conseruaret iusti-  
tiæ, ex qua, vt ille ait, boni viri nominamur,  
Neq; enim hanc conseruare qui uisset, ni fidem  
seruasset

## BONIS OPERIBVS.

ii

seruasset. Nam non esse non potest semper iustitiae fundamentum fides. Quod & Flaccus prope vidit, quum diceret: Iustitiae soror incorrupta fides nudaq; veritas. Hinc extitit nobilis illa pietura, qua visebatur iustitia fidei dexteram ceusa Iutis humanæ certissimum pignus porrigeret, ut est apud Valer. Max.

## EX SECUNDOR REG.

Benedicti vos a domino qui misericordiam hanc fecistis &c. Et nunc reddet vobis dominus misericordia. & veritatem. Vides quae sit ubiq; scripture sanctæ harmonia. Tu modo adnitere, ut ea salubriter utaris. Misericordiæ opus mihi stipendi vice recipit iuxta illud. Beati misericordes, qm ipsi misericordia cōsequuntur. Nostri hoc, adde actio nē. Nam cītra actionē, nulla virtutis laus.

Si forte respiciat dominus affliti. meam & Cap. 16 reddat mihi bonū pro maledicti. ista. Tā benignus ac liberalis deus, ut & ea quę infontes patimur, nedum operamur, rependere statuerit. Ig. nominia, inquit, Salomon, præcedit gloriam. Et ea gloria, quę reuelabitur erga nos, longe omnē sensum exuperat, nedum afflictionum acerbitas tem huius temporis. Roma. 8. Archetypus huius rei Christus ipse esto, qui ob supplicium non commeritum in summam sublimitatem suectus est. Philip. 2. Quapropter & deus exaltauit illum. Moneo lector, ut scripturam orthodoxe tractes & accurate. Non omnib. datum est, in ea inoffense versari. Elephas enim in ea natat, & agnus penditat. Quod scite dixit Grego. & abunde declarant magnicrepi nouarum sectarum heretistæ.

## EX TER TIO REG.

Si ambulaueris in vijs meis &c. longos faciā dies tuos. Sic infra cap. 9. ii. Si corā me ambulas

B 4      in simo

## LOC I. DE

In simplicitate (sive integritate) cordis rectitudine ponam thronum &c. ut inculcer, eatenus se pa-  
ctum nobis seruaturum, quatenus nos illi obedia-  
mus, liberavit fidem suam deus, si nos scapulam  
ab eo auertentes parere nolimus. Fidelis enim  
est, semet negare non potest, obserua interim has  
voces in arcans literis ad bona bona vita opera  
pertinere. Nimirū, ambulare, cōuersari, lucere, in-  
duere, currere, seminare, audire vocem, Timere  
deū, seruire deo, voluntatē dei facere, contēdere  
per angustā portā, sermonē seruare, pugilem age-  
re, vigilare, sanctū esse, præbere mēbra iustitiae,  
fructificare deo, & alia innumera.

Qui custodis pactum & miser. seruis tuis, qui  
**Cap. 8** ambulant coram te toto corde suo. Idē. 2. Esræ. 1.  
Roborat ante dicta, ne fluctues. In plerophoria  
facrosancti verbi omnino temet exædifices opor-  
tet, ne ceu pluma à quo quis ventoso scriptorculo  
huc atq; illuc vectere. Ibidē vides exprelia ope-  
ra bona. Pœnitentiam, confessionem, præcatio-  
nem, cuiusmodi sequitur exauditio & admissorū  
condonatio; diligenter relege textum, & non du-  
bitabo, quin te turpiter seduxisse phrenetas istos  
querare, quib. suū dogma tandem noxæ erit.

**Cap. 21** Nonne vidisti humiliatum (sive subditum)  
Achab coram me? Quia igitur humiliatus est à  
facie mea, non inducam malum &c. Flectitur  
iratus deus compunctione. Ita enim. LXX. ha-  
bēt, de hac saluberr. leges apud Chrysost. Mina-  
rū executionem anteuertit humilitas, quæ puro  
cordis affectu exprimi debet non simulato gestu  
corporis, aut fracta verboru voce, quēadmodum  
Hieronymus scribit. Sic infra de Roboam, Iosia,  
& Niniuitis, ut pudefiat qui opera ceu infrugife-  
ra apud Deū ex hoīm memoria ejcere ausi sunt.

Magni

## BONIS OPERIBVS.

Magnifica sane opera fuere Abdiaæ oceono- Cap. 18.  
mi regij quæ illi indubie tam ad temporalia quam  
spiritualia conduxerunt.

## EX QVARTO REG.

Operaria Suhamitis illa est, & factis officio- Cap. 4  
sis sibi prophetā demeretur, vnde post filius da-  
tus sterili.

Dixit dominus ad Iehu. Quia studiose egi- Cap. 10  
sti quod rectum erat. Rectius, pro eo quod bene  
egeris, vt faceres rectum in oculis meis. Atq; ita  
etia. LXX. Duplicatur faciendi verbū, vt altius  
imbibamus sentētię veritatē, & aetiologicalē pre-  
ponitur pro eo quod vt discamus ab operib. pen-  
dere rem, qua in hoc precepit deus vt requirat,  
& ihs existentib. bene nobis succedat. Luterana  
ματ μολογία viderit quomodo consistat. Nos  
absque fuso doloue verbū dei tractamus, quip-  
pe certi, veritatis else q̄ simplicissimā orationem.

Memento dñe quomodo ambulauerim corā Cap. 18  
te in veritate & corde perfecto, & bonum corā  
te fecerim &c. En bona opera. Mox: Audiui ora-  
tionē tuam, inquit dominus, & vidi lachrymas  
tuas & ecce sanō te. En operum respectū. Hoc  
iſdem verbis leges Esaiæ, 38. vt in ore duorum  
consistat verbum contra inficiatores, quorum  
anima naufragat ad boni operis mentionem, & ad  
meritorum nōmēclaturā despuit. Tametsi nūc,  
vbi sentiscere coeperunt Misergi quod veritas ca-  
tholica caput releuet, os tergunt & dicunt. Non  
fecimus. Sed vt sorices produntur a suapte voce

Pro eo quod emollitum cor tuum à verbis Cap. 22  
quæ audisti & humiliatus es &c. Vbiique habet  
hebræus Ioan. LXX. ἀνθ' ὕποτε. Quod adscri-  
bo, vt in sententia solidére. Humiliatum cor non  
despicit deus. Bene illi, cui lapidē cor malleus

**L O C I , D E**  
conquassat, qui est verbū dei, vt subiugetur sub  
potenti manu excelsi dei

**E X S E C V N D O P A R A L I P .**

**Cap. n** Et cum humiliaretur, auersa est ab eo ira do-  
mini &c. Etenim in Iuda erant opera bona. In-  
stillant nobis sacræ literæ, quām impense oble-  
ctetur deus humilitatis opere, & quam perpe-  
tuo ad hoc oculos vertat. Præterea addit cur po-  
tissimum ponat iram vltor dñis, Nempe ob bo-  
na regionis opera sub Koboam. Idem infra in  
Iosaphat repetitur, ne quis villo modo dubitaret

**Cap. xv** Dominus vobiscum, Quia fuistis cum eo.  
Si quæsieritis eum, inuenietis. Nisi cum aspide  
aures obtures, audis nimirum, quam exquiste  
nostros conatus, opera, vigilias ac studia a nobis  
depositat diuina benignitas. Impij vociferantur:  
dominus nobiscum est, Inuenimus eum, quum  
ipſi cum eo non sint, nec eum vñquam queſie-  
rint. Ipſe re preſtabit quod diciſ Emmanuel, Si  
nos preſtiterimus quod dicimur populus dei, re-  
eti corde, Christiani fratres, sancti

**cap. n.** Et in hoc super te ira dñi, sed bona opera in-  
uenta sunt in te. Hic obturanda illis rimula est,  
qui dicturi, tam hebræos quām græcos, nō ope-  
ra, sed verba habere, idque tam hic quām supra  
Quibus respondeo, communi Theologo-  
rum consensu ſæpe verbum pro facto in mysti-  
cis literis vſurpari: Deinde debar polyſemon eſ-  
ſe. Quoniam autem ſepiſſime reſiue facta ſigni-  
ficiat, non perperam hic opera reddidit Hierony-  
mus, qui ipſe quoq; opinor hebraice calluit. Po-  
ſtremo quū opera ipſa mox in cōtextu ſubjicitur,  
que inuenērat in rege, nō video quomodo  
quadret, Si pro operib. verba ſubdas. Nā ſic ha-  
bet circumſtantia; Sed bona opera inuenta ſunt  
in te

## BONIS OPERIBVS.

in te(sive tecum) Quia abstulisti, lucos de terra  
& precor. &c. adeoque multa & ea excellētiss.  
opera regis huius in hoc capite legis. Aufer igit  
tur te hinc cū tuis verbis, quę ceu folia non ma  
gnificat deus, si desint opera

Passim hoc habetur, nempe potentiss. factos  
esse reges Eo quod vias suas direxerint coram  
domino, id est, Qui veram religionē, iustitiam, fi  
dem, liberalitatē, modestiam, temperantiam, ma  
gnanimitatem, gratitudinem, simplicitatem, co  
mitatem exercuerint.

Seruite domino deo patri vestro, & auerte Cap. 30  
tur à vobis ira furoris eius. Si enim vos reuersi  
fueritis ad dominum &c. omnia tautologicos  
infarcit, propter istos opinor Ergomachos, qui  
inquietarunt ecclesiam ab initio, id quod satis lo  
quitur epistola Ioannis & Iacobi. Post reuixe  
runt temporib. Honorij & Arcadij, unde in eos  
coactus est scribere Augustinus librum de fide  
& oper. præter alia. Nunc orti sunt bruci, qui  
corrodunt, quod reliquum fecerant Erucae atque  
locustæ. Væ inhabitantibus terram à facie schis  
matum. Ibidem: Dominus bonus propitiabit  
ur eunctis qui cor suum compararunt ad que  
rendum dominum. &c. Hic locus sanctimo  
niæ fidelium exteriori nihil detrahit, Si eum pe  
nititus contemplore, præterea promittit gratiam  
ijs, qui animos suos adiiciunt ad querendum  
cœlestia.

Hic ratio odiosorum operum, deo gratorū, Cap. 34  
sui ipsius delectio, compunctio cordis, lachrymæ,  
gestuum etiam & totius corporis pullata quæ  
dam species, quibus rebus interiorē cordis pœ  
nitudinem testamur. Potentia quidē opera sunt,  
sed fidei Christianæ fundamento nixa

Cap. 17

EX

## LOCI, DE EX ESRA.

Cap. 8 **Ieiunauimus & rogauiimus deum pro hoc,**  
& exaudiuit nos. Multi hodie queruntur, se fru-  
stra præcari ad deum, quū precones Euangelici  
sine fine iterent exauditionis facilitatē, nec quid  
præter vnam fidē ad præcationē requirant. So-  
lentur igitur tales directores sui. Nos scimus ad  
præces rite peragendas pertinere præter fidem,  
ieiunium, eleemosynam, conscientiā puram, secu-  
bitum, animū liberum, secessum & gestus illos  
præcantū sanctorum humiliatos atq; religiosissi-  
mos. Quod dixerim, non quod citra huiusmodi  
præcatio recta esse nō possit, Sed quod sciam ad  
miniculis ijs adiunctis, fortiorē, certiorem atque  
diuinis aurib. oculisq; gratiore eam fore. Hic ri-  
debunt me ergomachi viri illusores, Sed facile  
fero nimirum certus, mecum rideri sacras literas,  
quæ & verbis & exēplis isthac tradunt. Exu-  
lant talia iam pridē ab istorū cætib. & si quis de  
ijs rebus in istorū scholis differere ausit, hunc ab  
illis eam puto initurum gratiam, quā is qui in for-  
nice de temperantia & in caupona de sobrietate  
conetur verba facere. Nam ieiunare horrent, sti-  
pem erogare inutile ducunt, ἀτιμαχελφυ ne-  
sciunt. Imo sunt qui peccatum & iniuriam coniu-  
gij interpretentur. Conscientiā negligunt. Qui  
potiores in eis sunt, ij conscientiā quātumuis re-  
mordentē sola fide passionis Christi sustinent  
aluntque. Cætera exhibant ut hypocrites, At-  
que tales vocantur nunc Euangelici. Ibidem ma-  
nus dei nostri est super omnes querentes se in  
bonum. Abunde dictum est ijs, qui aures audi-  
endi habent

## EX NEHEMIA.

Si reuertamini ad me & custodiatis præce-  
pta

## BONIS OPERIBVS.

pta mea & faciatis ea, etiam si abducti fueritis ad extrema cœli &c. Hoc è Moysè citauit Nehemias. Demiramus, quod his annis à scelerata gente Getici istius Mahometę impetumur, & parit ista calamitas plurimos turbines in Europa. Multi multa ea de re disputant atque deliberat. Malum nō decrescit, sed in singulos fere annos augescit, adeo ut ista estate de filio pendere hanc orbis partem quidā existimant. Censeo ego calamitatem infandā bonis operib. posse confopiri, Nā isthuc scriptura edocet. Armis repellit potest schyta, at piefactis potest is placari, cuius forte prouidentia ille in nos sœvit, vt per hunc officij commoneamur. Sunt qui oratione sola velint hostē fundere. Vidi mus eheu qui fuderint. Nam quid oratio efficiat iniustorum atque impoenitentium? Addamus fidei virtutē, addamus orationi opera castæ vitæ, & mirabor, Si diu tot funestiss. bellis concutiémur. Si bona opera vitam æternam sanguine saluifico partam & ab ipsis auerni portis ereptam nobis adipiscuntur, quāto facilius quietem à barbaris impetrabunt?

Memento mihi domine in bonum, omnium  
quæ feci populo huic ô te perditum osiergū Neshemias, Tun, opera tua deo ostētas, & vis illum meminisse eorum quæ bene feceris? Peccata ostētas stulte, Virtus tua velamē est nequitie, res dānata est oīs tua iusticia. A pagelis sanctule: Deus fidem duntaxat respicit, qua sola gaudet, qua sola cum eo agere, qua sola tum iusti, tū sanctū mereris te oportebit. Habes iterū aliquid de germanica febre. Eiusdem ordinis est Esther, quę meliorem Nonnam q̄ reginā præstet, Utitur fatua cilicio, luget, affligit corpusculum inedijs, &c. Certe non fuit Euangelica, quemadmodum nec Hessa illa

## LOCI, DE

illa φιλόππωχος Elizabet: Item phlacilla apud Euseb. vxor Cæsaris, quæ nec ipse intellexerunt regnum Christi, iustitiam spiritus, libertatem Christianam. Inepte fœminæ nesciuerunt opera bo, esse rudera, pannum menstruatæ & nihil

## EX IOB.

**Cap. 1.** Vide quantum profuerint bonę vitæ opera Iobo. Nam ita scribitur, Nunquid Iob frustra timet deum? Nunquid tu vallasti eum ac domum eius? fuit ille vir Thamueiasar, i. integer ac rectus. Quæ duæ voculæ paſſim in scripturis concurrunt & ſeſe veluti oſculari gaudent, ſicut psal. 14. Innocentia & rectitudo adhæſerunt mihi, & psal. 36. Custodi innocentiam & vide rectitudinem, præterea prouer. 2. & 3. Reg. 9. Quemadmodum misericordia & veritas, Iuſtitia & iudicium ſeſe mutuo reſpectant. Interdum conglutinantur innocentia & puritas manuum. Item iuſtitia & puritas ma: Græci ita reddūt, ἀμεμπτος κοκλικαιος id est inculpatus & iustus. Neque enim aliud tota hac deſcriptiuncula ſibi voluit, quam illud: fuit is vir integer vitæ ſcelerisque purus, ſiue bene beateque vixit. Iam vero bene beateque viuere, ut rectiſſime ſcripsit M. Cicero, eft honeſte & recte viuere. Quæ quum ita habent, non tamē veritus eft quidam Luteristarum cōfiftiſſi in literas mittere, Hoc totum de Iobo non de vitæ operib. Sed de fide intelligendum, quum ex cap. 31. ſatis demonſtretur, id quod res eft, d̄ insigniter inſignes scripture adulteros. Ne mo ignorat fidē ihs omnib. factis præponi. Quæ enim opera hominis fide dei vacui?

**Cap. 8.** Si mūdus & rectus tu, Tūc euigilabit ad te  
dos

## BONIS OPERIBVS.

dominus. Non aberrauit Suites ille, nā dicto scri  
pturæ suffragantur. In hoc errauit, quod Iobi in  
tegritati plus nimio detraxit.

Si iniquitatem que est in manu tua elongaueris. Cap. 11  
ris. &c. Quia tunc leuabis faciem tuam sine ma  
cula. Mox, Et confides, quod sit spes &c. Is est  
periodi huius sensus. Si ambulaueris integre, am  
bulabis confidenter prouer. 10 Nam magnam  
animo fiduciam ac solatium addit in aduersis vi  
ta honeste acta. Tale vocamus puram consciens  
tiam, de qua Paulus semel atque iterum gloria  
tur. Viderint Misergi, quam fiduciam spemque  
habituri sint, ybi euenerit, quod timebant. Scri  
ptum est, spes impiorum peribit.

Saluabitur (sive euadet) innocens, saluabitur Cap. 22  
propter mūditiam Ma. 5. Nec longe est à scopo  
Themantes, Nam tota scriptura assentit Felix,  
in cuius animo nulla conscientię labes residet.

Virtus & probitas vbiique sua habet preconia.

Adsin qui cum bo. operib. belligerantur, & Cap. 33  
audiant Iobi victoris malorum operum trium  
phos. Bone Christe q̄ pulchre instituta viri san  
ctiss. vita, quam bene constitutus animus. Lon  
go interuallo reliquit Socrates, Epaminondas,  
Phociones, Diogenes, Cleāthes, Epictetos, Cu  
rios, Fabricios, Catones, Appios, Hunc hunc  
imitemur Christiani

Deus reddet homini iustitiam suam. Ju  
stitia operum retributionem in Luca, in Eze  
chiele & nullibi non legimus, psaltes. Et terri  
buet mihi secundum iust. meam. Epilogus. To  
tus Iobi sermo & amicorum dissertatio Lute  
rismum eneruat & calamum eius defensorem  
quatit. Cap. 33

EX.

LOCI, DE  
EX PSALTERIO.

**Psal. 1:** Beatus vir, qui non abiit in conf. imp. &c.

Beatitudo imputatur ihs, quib. nihil est commercij etiam cum male operantib. præterquam quod ipsi non male operantur. Tale præsttit qui dixit. Cum iniqua gerentib. non introibo. Vide totum psal. 100. Paulus denunciat ut nos subducamus ab omni fratre, qui inordinate ambulat, de his alias. Legge Basiliū Mag. super isto psalmo & Erasmū Rotero.

**Psal. 7.** Qui saluos facit rectos corde, hoc est qui æquitatem & honestatem ex animo sectantur, in quos non cadit iniquitatis suspicio. Psal. 72. Quām bonus deus ihs qui recti sunt corde. i. bonus bonus est.

**Psal. 14.** Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c. Respondebit. Qui ambulat integer, & operatur iustitiam. An non totus hic psalmus manifestissime viam indicat, qua eant fideles ad supernam? Et quid aliud complectitur, nisi pia pīxē virtutē opera. Sed veritati tam apertae inuidentes Luteristæ, integritatem istam ad fidem retorquent. Ea enim istorum audacia, quam sapientiam esse non ita multis ante annis iudicabam, Sic textum fabricantur. Qui ambulat sine macula, id est, qui credit. Qui loquitur veritatem, id est, qui concionatur verbum dei (Luteri) ita antea. In consilio impiorum id est externis operib. In sede derisorum id est malorum doctorū. Breuiter omnia ut volunt & quo volunt torquent, ut ipsorum iudicio videatur scriptura in Ro. ecclesiam esse diuinatus inspirata.

**Psal. 17.** Et retribuet mihi secundū iusticiā meā & secundū puritatē mā. mearū. Verba sunt cuiusvis conspicua. Nec est doctorū qui ignoret quid hebreis

## BONIS OPERIBVS.

17

bræis sonet iusticia, quid palmarum puritas. In eodē. Cum sancto sanctus eris, Cum viro integro, integer eris. &c. Quid igitur magis necessarium, quā sanctimonia & morum integritas. Sōcia est nostræ Dei sanctimonia, & prouectrix ilius. Quid vero cordis habent, qui clamant, sufficiere nobis vel ḥvociori, Christum sanctum esse?

Quis ascēdet in montē dñi &c. Respondet. psal. 24  
Innocens manibus, & puro corde &c. Hic accipiet benedictionē a dño. Secum non pugnat bonus spiritus, malus vero nunquā sibi constat, vt apparet in ijs, qui omni Empusa inconstantiores in scribendo sunt.

In custodiendis illis (vivendi præceptis) retributio multa. Ea retributio fiet in resurrectione iustorum Luca 14. Nempe quando defecimus. Luce. 16. supra. Reddet homini iustitiam suam.

Quis est homo qui vult vitam &c. Responde. psal. 33  
Custodi linguam tuam. Mox collectim: declina a malo & fac bonum. Si sapis o homo cresce potius vni David (per quem spiritus dei locus est. 2. Reg. 22.) quam septingentis Belialitis (Baalitæ esse nolunt) qui pro libertate dimicantes, in præceptis miserandis modis ierunt. Voluerunt esse liberi, & liberi facti iustitiae, Serui vero peccati. Ieiunarunt iugum disciplinæ dei, & receperunt iugum diaboli. Si vitam amas in cœlestib. cura ut vitam deo conformē hic degas. Me minneris scriptum esse, sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Imitatores dei estote, sicut filii dilecti. Salus tibi magno empta est, & gratis oblata, tu vide ne negligas donum, ne in vanum receperis gratiam.

Ibidem. Humiles (sive contritos spiritu) salubribit, Salus ybique offertur ijs, in quibus inest

C cor

## L O C I , D E

cor fractum, quassatum, pressum. psal. 50. *Esaiae*,  
57. & 66. Porro tale cor parat crux, & res aduersae,  
quib. dolamur & vrimur ad voluntatem patris cœlestis atque salutem nostram.

**psal. 21** Clamauerunt & sal. fact. s. Ita psal. 54. de Pre-  
catione supra. Hæc, clamor dicitur ob vehemen-  
tiam atque impetum ardoremque, & is demum  
discindit nubes, usque ad thronum gratiæ pene-  
trat, & exorat.

**psal. 37** Custodi viam eius & exaltabit te, vt hære-  
dites terram. Hoc est, conuersare secundum be-  
neplacitum dei, more gete deo, & senties emou-  
lumentum hic & illuc.

**psal. 40** Beatus qui intelligit erga egenum & paup.  
in die mala liberabit eum dominus. Clara verba  
audis, tu fac & viues. ibidem: Me autem propter  
innocent. suscepisti, Siue, Me autem in innocentia  
mea sustentasti.

**psal. 90** Qui dilexit me, eripiā eum, Dilectio dei pro-  
curabit tibi o fidelis prospera.

**psal. 60** Dabis hæreditatem timentibus nomen tuū.

**psal. 102** Bonitas eius super timentes eum, Item custo-  
dientes fœdus eius, & recordates mandata eius,  
Vt faciant ea

**psal. 118** Miserere mei vt soles eorum qui diligunt no-  
men tuum

**psal. 145** Facit voluntatem timentis se & exaud. eos.

**psal. 146** Beneplacitū est dño in ihs qui timent se. &c.

**psal. 84** Prope timentes salutare ipsius

Obsecro catholicos per aduentum domini,  
vt serio metum dei, qui sapientiae initium, addis-  
cant, prestat ille vt deo qui te creauit redemitq;  
religiose seruias. Prestat item, vt vitam bonam  
ingrediare, & q plurima, q eximia, q saluberr.  
operere. Quin efficit vt ne libeat quidē pecca-

## BONIS OPERIBVS.

18

te, & iam proposita impunitate. Huius encomi-  
on lege apud Syrach. cap. i. Moneo Schismati-  
cos, vt agnito errore, veritatem honorēt, & des-  
finant in cœlum expuere. Satis audiuimus Cre-  
de, Quādo audiēmus Time, Ama, operate. Imo  
& nos, inquit, docemus opera, ohe. Σεύσαπαισ.  
Totus id orbis nouit. Nunc tandem incipiunt  
quidam operum & viræ alicubi mentionem fa-  
cere sed leui admodū brachio. Satis dolet, quod  
operandi vocabulum nominare oportet, nempe  
quod antea toties plenis buccis vituperarūt. Sed  
oportet, ni velint propediē Christianis qualib.  
cunq; paganos manifestarios. Dicūt nunc, quo-  
ties repræhenduntur iniuriae bonis operibus il-  
latæ, Quomodo intulimus iniuriam? Non secus  
ac illi apud Malachiūm, qui de polluto pane re-  
præhensi, impudenter responsabant. In quo pol-  
luimus? Malunt enim contentiosi frontem per-  
fricare, quam peccatū agnoscere, quasi vero non  
palam vlciscantur sui contemptum ac neglectū  
opera, dum nemo ferē omnium ea curat, vt nihil  
dicam de libris diatribis, sermonibus quotū nul-  
la est pagina, in qua opera non iugulentur

Dedit illis regiones gentium, vt seruent pre- psal. 105  
cepta &c.

Si populus meus obedisset mihi &c. Tūc (si, psal. 81  
ue velut modicū) inimicos eorum humiliaflem.

In quo corriget (sive purgabit) adolescentiā viā psal. 118  
suam? Respondet. Si se gerat secundum verba  
tua. Gloriantur illi: fides purificat corda. Act. 15.  
Recte. Dominus recepit impuros gentiles in al-  
bum ecclesiæ, propterea quod crederent cuius fi-  
dei gratia purificauit & iustificauit eos, vt abs-  
que circuncisione (quam regebant Iudaizantes  
fratres) pateret eis aditus. Hic sensus loci est,

C 2      Igitur

## LOCI, DE

Igitur ne postea non purgat conuersationē nostram obseruatio verbi dei? E Petro liquet animas castificari obedientia. Num & hoc falsum te iudice? Ad eum modum gloriantur, per fidem solam nos esse filios Abrahæ & Saræ. At qui Petrus & benefaciendo dicit mulieres filias Saræ. Hoc est liberas fieri

### EX PROVERB.

**Cap. 3** Custodi legem meam &c. Tunc ambulabis confidēter. Supra in Job eandem sententiam audisti, Nec enī facile perterrefit, qui operatur iustitiam. Gerit animum in aduersis optime constitutum. Fruitur recti conscientia, quæcumque tandem mala ingruant. cap. 28. comparatur talis Leoni, qui ad nullum crepitaculum commouetur, quem neque mors neque vincula terrent. Hoc sensit Horatius ad Aristium ode. 22. ò non referendam innocentiae vim. Porro lex lux est ca. 6. vide psal. 18.

**Cap. 8** Beati qui custodiunt vias meas, hoc est, qui probis sunt moribus. Ibidem. Ego diligētes me diligo. Contra crudos, qui se suaque & terrena modo diligentibus, mira iactant, quanti fiant apud Deum & quam valde ab eo diligentur ob fidē nudam.

**Cap. 11** Iustitia innocentis dirigit viam eius. Ibidem: Seminanti iustitiam, merces fidelis. Ibidem: Semen iustorum saluabitur. Ibidem: Voluntas dei in ihs, qui integre ambulat, Sic psal. 146. Vel uno ex his capite refutandum erat dogma, ab orco reuocatorum prædestinatorum. Deus, inquit, neque ad probos neque ad improbos respicit, sed ad tenentes verbum. Hæc est margarita è multis electissima. Igitur ô bone coram deo nihil retulerit, probus ne, an improbus viuam, modo vero

## BONIS OPERIBVS.

do verbum teneam? Et quid quæso verbum sine fructu factum? An secundum verbum iudicabit deus orbem terrarum, & non potius secundum factum vel probitatis vel improbitatis? sed valeant mendacia vatum

Misericordia & veritate redimetur (siue remittetur) iniq[ui]tas. Hic ille vnguis in vincere Luciferum. Nam quid est misericordia (siue beneficentia) & veritas, nisi opus? Et istud opus efficit, ut dominus propitietur peccato operantis. Huc pertinet Remitte & remittetur tibi. Itē Remissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum. Pudente igitur vos vultus vestri nugamenti, quippe qui negatis ad remissi. peccat. valere bonum creditis opus, quum sine bono opere non sit remissio pecca. Miraris? At aspice textum Matth. 18. vbi dicitur. Si vos non remiseritis, nec pater meus coelestis remittet vobis. Iam remissio fraternalis noxae, opus est, quod hic dicitur. Misericordia & veritas. Requiritur ergo opus ad remissi. peccat. vide Dani. 4

Qui custodit præcepta, custodit animam suam. Ibidem. Timor domini ad vitam. Timet autem, qui seruat mandata, atque ita mandata dei vita æterna sunt. Ioan. 12. Ibidem. Qui miseretur pauperis, foeneratur dominus, qui vicissitudinem suam reddet illi. Matth. 25. Venite benedicti. Esuriui enim. Lucæ. 14. 16. Supra cap. 14. Qui miseretur pauperis, saluus erit.

Qui ambulat integre, saluus erit. Vbi estis qui quoties fidei fit mentio, excluditis opera? Istuc si licet, licebit & mihi his locis innumeris excludere fidem. Sed amens sim si hoc fecero. Nolim enim, ita me seruet Christus, operum amore fidei, quam eque amo, tantillū detrahere. Fides

## LOCI, DE

pars salutis est, non totum. Fides oculus est, quo  
coram cerno oblatam salutem, opera vero manus  
sunt, quibus appræhendo. de vita æterna appræhē-  
denda. vide Paul. Breuiter adime fidei vitam euau-  
gelio dignam, & ipsam salutem ademeris

**Cap. 29.** Beatus qui custodit legem &c. Custoditur  
autem operib. ab affectu profectis. Dat affatim  
viam deus. Si rite postules, qua possis custodire le-  
gem. Ne videar superstitionis omnia velle con-  
gerere, quæcunque astruant bo. operum dignita-  
tem iuxta ac necessitatem, decreui manum de ta-  
bula tollere, maiorem locorum partem, tam in  
psalmorum quam proverbiorum libro intau-  
ctam relicturus

## EX ECCLESIA STE.

**Cap. 8.** Qui custodit præcep. non experietur (sive nō  
sciet) quicquam mali. Ibidem. Ego cognoui, quod  
erit bonum, Timentib. Deum, hoc est, pie colen-  
tib. iuxta Grego. Neocæsari.

**Cap. 11.** Mitte panem tuum super transeuntes aquas.  
Hebra: super faciem aquarum, Quia in multitu-  
dine dierum inuenies illum. Greg. Neocæsar. in  
Metaphrasi: Iustum est, panem & cætera huius  
vitæ necessaria communicare hominib. tametsi  
peritrum videatur beneficium, ac si quis in aqua  
prosciatis panem. Apparebit autem procedente  
tempore, non inutilem tibi fore misericordiam.  
Deum time & præcepta eius serua. Quia hoc  
omnis hominis. Admirabilis anacæphaleosi opus  
culum hoc (quo nos à cura Mundi huius auocat)  
finit vir sapiens. Ita totum legis Mosaicæ volumen  
cōtraxit dñs ijs verbis. Diliges dñm deū tuū ex  
toto corde. Et proximi. In his pendet lex & pro-  
phetæ. Itidem Ioan. 13. Hoc est præceptum meum. ut di-  
ligas. Et in epistola cap. 4. cōpediosissime Paulus,  
Con-

## BONIS OPERIBVS.

20

Cōsumatio legis est dilectio. Gaudēt & prophē  
tæ talib. epitomis. Dauid: declina à malo & fac  
bonū. Micheas: Indicabo tibi ô homo quid sit  
bonum & quid à te requirat dñs &c. Zacharias:  
Hæ sunt res quas facietis &c. cap.8. Quin ipse  
quocq; Moyses epilogicw̄ dicit Deut.10. Et nunc  
Israēl quid dñs d.t. à te petit, nisi &c. Ibidē, Quia  
omnia opera adducet deus in iudicium pro omni  
errato, Siue bonū siue malū. Erratū accipitur hic  
pro omni actione, quam vel neglecte vel secrete  
designauimus. Quod præter hebr̄cum. LXX.  
quocq; subindicat, qui habet παρεωραμένο id est,  
re quapiā neglectim cōtēptimue peracta. Hoc di  
cto ceu fuste impellit nos ad honorū operū stu  
dia. Fœlicem, qui virtutis amore potius quam  
pœnæ formidine animum ad recta adpellit

## EX SAPIENTIA.

Iusti in perp. viuent. & apud dominum est Cap. 5. &  
merces eorum. Vita æterna mercedis loco repē  
detur, Iustis id est ijs qui cum fide coniunxerunt  
officia charitatis

Qui custodierunt iustitiā, iuste iudicabūtur. Cap. 6  
Gr̄eca variant: Qui sancte custodiunt que sancta  
sunt, sanctificabūtur. Amoue hinc sentimētū Lu  
teranū quod sine fronte introduxerūt, Nempe iu  
sticiam & sanctitatē fidē esse, & iustos sanctos  
que fideles esse duntaxat interpretantur, foras  
eieictis miseris operib. quib. in isto Regno (quē  
admodū Iunoni propter pellices in Iouis regia,  
vt habet Tragædia) nullus est locus. Feruntur  
ibi citius quēuis vitia, quam bona opera

Erunt accepta(deo)opera mea. Verba So Cap. 9  
lomonis, Siue quisquis author libelli optimi  
est, Si accepta deo opera sunt, mentiuntur scho

## LOCI, DE

laſte. Si nō verū dicunt, mentiuntur sacrae literæ  
ā deo inspiratæ.

**Cap. 6.** Cura disciplinæ dilectio est, dilectio vero obseruatio legum eius. Porro attētio legum confirmatio incorruptionis est, Incorruptio autē propinquum facit deo. Ita habet ad verbum ē græco. Clímax est perq̄ eruditiss. Scandit autem à disciplina ad ipsum usque deum. Tu singula excus te. Videbis loci fœcunditatem.

## EX ECCL ESIA STICO.

**Cap. 1.** Timenti deū bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur, Græce inueniet gratiam. Locus longe pulcherrimus & dignus quē animo insculpas. Omnes nobis metuimus ab ultima rerū linea, Sed eum metū expelleret dei metus. Metue deū & liberabere metu mortis.

**Cap. 2.** Huius & quanta pietatis Christianæ cōmoda Qui diligūt deū cōseruabūt vias eius. Nā dilectio Dei otiosa nunq̄ est. Fōs ea est, ē qua custodio preceptorū Dei, id est, virtus & probitas profuit. Ibidē: Qui timet dñm, requirēt beneplacitū eius. Mox: Qui timet dñm, custodiūt mādata eius. Ceterū tamē si hoc posterius nō est de græco, confirmatur tamē infra, cap. 15. ubi legis. Qui timet deū faciet bonū. Si obseruatio viuēdi preceptorū, non dico toties, sed semel aut iterū fidei vēdicaretur, immane, quām tumultuaturi essent deplorandiergomachi. Te pie lector à veritate textus nemo transuersum rapiat

**Cap. 3.** Eleemosyna patris tui nō erit in obliuione. Vide reliqua. Sunt huius generis loci quām plurimi, Sed nos paucis in prēsentiarū contenti erimus. Qui paucis diffidit, Huic ne multi quidē fidem fecerint. Ad hæc nolui excerpere, quæ in græcis non habeantur

Benes

## BONIS OPERIBVS.

Beneplacitum est domini, apostare à malo.  
Mundi seruis displicet, Si non vna cum eis accur  
ras ruasq; de scelere in scelus. At deo ceu gratiss.  
victima placet, Si valedicas veteri consuetudini,  
in qua seruebas immundiciæ, ventris ac gulæ  
mancipium.

Timentis deum beata anima est. Ibidē: oculū Cap. 34.  
li domini in diligentes se. In psalmis dicuntur oculū  
li domini in iustos, & timentes, vt cōfusione ope  
rariantur qui in solos credentes respicere oculos  
domini docuerunt, freti loco Hieremiac; , qui ta  
men nihil pro illis facit, vt videbimus.

Operamini opus vestrum ante tempus & Cap. 35  
dabit vobis dominus mercedem in tempore suo  
Dictum Sapienti sat est.

## EX TOBIA.

Egregie operarius Tobias erat, dum vixit.  
Intellexit vir cordatus, non superuacaneum fore  
quicquid tam in contribules quam allophylos  
munificentq; conferret. Erat polynctor indefens  
sus, quod opus summam hominis pietatem con  
testabatur, & erat hoc preclarus in oculis dei,  
quo despectius in oculis mortalium. Erat cruci  
ger. Vides enim que subierit pericula propter tam  
feruidam booperum peractionem. Passus est si  
bi diripi substantiam. Respectum enim habebat  
remunerationis. Ipse nusquam tutus ob iusticiā : dat  
poenas laudata fides, ait ille. Erat eleemosynaris  
us inexhaustus, nec hoc frustra. Erat pedagogus  
religiosiss. atq; vtinam hunc q; Heli Silonitē imi  
tari mallemus. Erudit filium, inquit sapiens Rex,  
& refrigerabit te. Vide pedagogiam Christianā  
apud Paulum. Eph. 6. Colos. 3

Quoniam memor fuit domini in toto corde  
suo, dedit illi gratiā corā rege Salmanasar. Quā  
Cap. 1.

## L O C I , D E

uis in grēco prior loci pars defuderetur, haud tam  
men obscurum, quoties in scriptura, tibeamur  
memores esse dei nostri in omni vita & fore, vt  
nostri quoq; memoria non abiiciat. Christianus  
nunq; nō circumfert deū suū in animo, hunc ho-  
norans, hunc amans, hunc metuēs, hunc laudās,  
hunc imitans, hunc zelans, huic fidens, huic ad-  
herens, huic in omnib. gratias agens.

**Cap.3** Hoc pro certo habet omnis qui colit te &c.  
Non inueni hanc sententiam in fonte grēcorum  
nec minus tamen reliquis scripturis affirmatur.  
vide.2. Timoth.2. Iacobi.1. Apoc.2.

**Cap.4** Noli auertere faciem tuam ab ullo paupere,  
& à te non auertetur facies domini. Iuxta illud:  
date & dabitur vobis. Reddetur pro aurichalco  
aurum ophir, proq; vitro vili prēciosiss. gemmę  
Mox: Eleemosyna liberat à morte, & non sinit  
intrare in tenebras. Hoc Danielis.4. roboratur.  
Ibidem. Fiducia magna erit coram summo do-  
mino, eleemosyna omnib. facientib. eam. Græci  
pro fiducia magna, donum bonū habent. Vt rū-  
q; defendit opera, si verba perspicias. Quod Lat-  
inus habet non patior refelli, quin aliunde etiam  
nobis persuadeamus, fiduciam animis addere re-  
cte factorum conscientiam. Non metuit Neme-  
siē mens recti conscientia. In canonica Ioannis ascri-  
bitur charitati fiducia, qua utamur in die iudicij,  
& sine metu queamus consistere. Et supra audi-  
sti eū fiducialiter ambulare, qui custodiat legē di-  
uinā, Prover.3. Adhuc pro.1. dicitur obediēs ver-  
bo sapientię fiducialiter quiescere sineq; mali for-  
midine, Quę nimis in cutitur operantibus malū  
**Cap.10.** Rursus cap.14. In timore dñi fiducia for-  
tis. vide Iob.11. Ibidē. Cōtingēt tibi multa, Si me  
tueris deū & recelleris à peccato, & feceris &c.

Bonum

## BONIS OPERIBVS.

22

Bonum est, oratio cum ieiunio & eleemosyna & iustitia. Mox: eleemosy. à morte eripit, & ipsa repurgat omne peccatum. Ursus. Facientes eleemosynas et iusticias implebuntur vita. Hæc non faciunt ad Bacchum sectæ misergæ.

Cap. 22

## EX IV DITH.

Mulier operum longe studiosissima atq; abū dantisssima Iudith, vere impleuit, quæ Apostolus de viduis scribit. 1. Timoth. 5. Vides q; crebra mētio his in libellis fiat poenitētiæ, ieiuniū, planctus, ciliçj, vigilie, precationis, squaloris, afflictionis, lachrymarum &c. quæ cum fide copulata fregerunt iram Altissimeti dei nostri. Hoc supra in Regib. Satis comprobatū, Si huic libro ceu apo crypho (qui tamen ex axiopistis est) minus fidas Porro Monogamie exemplū in ea muliere propounitur, quæ & ipsa ex Ecclesia pulsā est, ne quid superesset veteris disciplinæ, inducta heptogamia. Nunc anus quoq; capulares hyrcissant atq; rugarum simul & laudatq; continentiq; obliuiscētes maritos emunt. Nam in Luteri regno nemo cum laude viuit, nisi coniunx, Sicuti contra apud Cataphrygas & Encratitas nemo nisi cælebs. Atq; ita labuntur sectæ imprudentes, alię ad dextram, aliae ad lævam. In medio consistit semper veritas ecclesiæ dei.

## EX ESAIA.

Ferant & prophetæ testimonium verbo veritatis, quod asserit operum pondus, idq; contra eos, qui ea, dum voluerūt videri insignes Gratia precones, è medio sustulerunt. Enarrarunt cōtra opera & contra eadem transtulerunt sacra Biblia, vt imperitis lectoribus comā circūtonderēt Si aspirarit Christus, ostendemus ecclesiæ filijs qua fide utriusq; test, libros trāstulerint, vt tanDEM

## LOCI, DE

dem pennas suas demittant superbissimi Moabitiæ, ut tandem inquam videat orbis, quales sint, qui præ se damnare non dubitarunt & viuos & mortuos, quotquot ab initio Ecclesiæ constitutæ atq; sub omni cœlo & sunt & fuerunt.

Lauate, Mundate &c. Cessate male agere, dis Cap. i. scite bene agere. His subiungitur: Si fuerint peccata vestra quasi vilum coccineum, quasi nix alba erunt. Peccata poenitentibus remittuntur, & non ijs qui peccata peccatis accumulant. Viderint igitur qui saxonico Euangelio edociti sic dicere solent: Quid doleam? Peccata credentib. non imputantur. Omnia cooperantur nobis in bonum, etiam peccata. Mundis munda omnia. Tergit deus peccata suorum, sustulit ea super lignū. Atq; interim fortiter peccare pergunt. Norunt Catholici, Christum dei filium venisse vocare peccatores, sed ad poenitentiam. Matth. 9. Citra quam omnes peribunt, Luc. 13. Qui dei sunt, discedunt ab iniustitate. 2. Timoth. 2. Imo crucifigunt semet, Gal. 6. Tantum abest, ut tam proterue in dicam Christi semel passi peccent, et sibi in peccando blandiantur.

Ibidem, Si volueritis & obedieritis, bonum terrej comedetis. Et fortunis nostris prodesse cultum iusticie. Verum hoc non magni dicit Christianus, contentus æterna felicitate. Hanc querentibus & iustitiam elus, victus vestitusq; vltro adjicitur. Gloriam, potentiam, opulentiam, splendorem, strepitum pompticum, voluptatem, leticiam, pacem, & quicquid huius est quod Mundani expetunt, nos in cœlis expectamus. Cap. 3. Dicite iusto, quia bonus, quia fructum studiorū suorum comedet, Dat is, Wie dat recht doet, die fals ghenieten.

Cons.

## BONIS OPERIBVS.

23

Conuertamini ad me, & saluieritis. Conuer Cap. 43.  
sionis. Hoc est operi, quo animos ad deū , ab omni quod non est deus, mature flectimus. Salus saepe attribuitur, item vita Ezech. 18. Porro non satis est conuersum esse ab infidelitate à q̄b idolatria, n̄i à turpitudine etiam vitę conuertaris. Cōuersus erat Ananias à Iudaismo , sed non à pecunie studio, ideo à salutis vitęq̄b spe decidit. AEt. 5. Ne erremus fratres, deus non irridetur.

Quis nostrum cohabitabit igni deuoranti, Cap. 33  
Quis nostrum cohabitabit focis eternis? Hoc est  
Quis nam saluabitur ? Ignem hic deum dici ex  
Deut. 4. & Hebr. 11. putat Haymon non malus  
author. Respondet ipse sibi : Qui ambulat in iustitia, & loquitur recta, Qui respuit in auaricia ca  
lumniās, Qui excutit manus suas, ne sustineant  
donum, Qui obturat aures suas ne audiāt sanguinem, & qui claudit oculos suos ne videat malū.  
Eius forma questio de beatitudine est, quales ha  
buimus Psal. 1. 14. 24. & 33. Quibus locis doce  
mur fructus spiritus, & pariter dedocemur ope  
ra carnis. Vtinam attendisses ad precepta mea,  
& fuisset sicut flumen pax tua &c. vtilitas multi  
plex sequitur opera preceptorum quę quia ne  
gligis, careas necesse est.

Derelinquat impius viam suam, ac conuer Cap. 55.  
tatur ad dominū, et miserebitur eius. Impius  
opponitur iusto apud hebreos , quod & Paulus  
innuit qđ ait, Ex fide iustificans impiū. Via impiū  
est, vita iniustitiae, & vitij cooperta conuersatio  
Ab ea resipiscens, experietur miām boni dei.

Beatus homo, qui faciet hoc, Nempe qui cu Cap. 55  
stodit sabbathum, ne prophet illud, & qui cu  
stodit manū suā ne faciat omne malū. Sabbatiza  
re Christianis est, à peccādo quiescere, nō exequi  
suam

## L O C I , D E

tuam voluntatem, hoc est, desideria carnis, Esa: 58. Qui ita feriatur beatus erit. Origenes in exodo Si desinas ab omnib. s̄ecularib. operibus & nihil mundanum geras, sed spiritualib. operib. vaces, ad ecclesiā conuenias, lectionib. diuinis aurē p̄r̄beas, de cœlestibus cogites, de futura spe solitu dñinem geras, venturi iudicium p̄r̄ oculis habeas, non respicias ad pr̄sentia & visibilia, sed ad inuisibilia & futura. Hęc est Christiana obserua tio sabbathi. Augusti: Male celebrant sabbathū, qui à bonis operib. cessant. Otiū enim ab iniqui tate debet esse etc. Item. Nos ab omni seruili ope re id est ab omni peccato abstinemus etc. Vere ac venuste dixit quidam ἀνάποδος Ιησοῦς  
ἀπολέλυτο.

**Cap. 58** Frange esurienti panem tuum, & pauperes vagos induc in domum. Quum videris nudum, operi eum etc. Tunc (nonnulla omitto) ibit ante te iustitia tua, id est, hęc faciēs sub fide iustus pronunciaberis. Mox. Tunc clamabis & dñs exaudiēt. Vides, n̄isi plane lippis, non solum esse facie da opera bona, verum etiam magni referre ut facias, & magnificentum coram deo esse, si facias. Nā ea propter habes iustitiam coram deo. Deuter. 24. psal. 105. Ezech. 18. 1. Joan. 3. Jacob. 2. & p̄ces tuę efficaces sunt. Aures enim dñi in p̄ces iustorum inclinatas esse psaltes canit.

**Cap. 64** Habetur locus, quem Apostolus de inaudita inenarrabili & incomparabili gloria æternę vite citat, quę parata sit diligentib. deum. Huius glorię meminit. Roma. 8. 2. Corin. 4. 1. Theſſ. 2. &c. Audis igitur seu gloriam, seu vitam, seu hæreditatem, seu cœlum, seu patriam, seu ciuitatem manę tem, seu regnum, seu remunerationem, seu coronam, seu brabiō, seu æter: Taber; seu paradisum dicas,

## BONIS OPERIBVS:

24

dicas, contingere dilectioni, quā fides precessit  
Sic. 2. Timot. 3. coro, dab. omnibus diligent: Ia-  
cob. 1. Quā promisit ihs a quib. fuerit dilectus.

Ad quem respiciam? Respondet. Ad pauper-  
culum & contritum spiritu, & tremētem sermo-  
nes meos. Quare ergo fabulātur voluptarij con-  
cionatores, deum præter fidem, nihil respiceret. Cap. 66  
Ani eum proprie hebr̄ei vocant, quem nos mis-  
tum siue infelicem dicimus, hoc est, eum, qui  
vel pr̄sidio & solatio destitutus, vel corpore af-  
flictus, vell sinistra fama Iesu, vel re familiari exu-  
tus, vel quibuscūq; incommodis oppressus atq;  
humiliatus est. Iam qui talis est, in eo inest cor  
Necheb, id est fractum ac veluti contusum ab ad-  
uersis & sese pr̄mentib. atq; exulcerantib. ma-  
lis. Porro quem ad eum modum macerant & ex-  
coquunt vitæ iniuriæ, is si fidelis est non spernit  
verbum dei, Sed tremit obstupescitq; ad auditū  
eius, nimurum sentiens vim eius exertam in qua-  
sato corde, in quod facillime illabitur. Sic David:  
Bonum mihi quia humiliasti me, Nēpe ut discā-  
iust. tuas. Experimento isthęc rectius capiuntur.  
Proinde hic locus non ad operantes, Sed ad pati-  
entes ac malis vitæ huius humiliatos pertinet,  
quos dñs æque respectat, amat, subleuat,

## EX HIEREMIA.

Conuertimini filij auertentes &c. & assumā-  
vos. Itē, & non auertā faciē meā à vobis. Itē, & Cap. 3:  
sanabo auersiones vestras. Quo crebrius iterat,  
illud Schubu, id est, Redite misericors pater, eo  
durius cum eis agetur, qui redire noluerunt. Au-  
ferentur omnes excusationes, Nullus erit locus  
supplicationibus. Dicitur: Mosen & prophetas  
habuistis. Heu somnum humani pectoris  
altissimum. Sed terreat incuriam tuam. Aurel.  
August.

## LOCI, DE

August. Apud inferos erit quidem poenitentia,  
sed sera, ideo instructuosa. Vis ut sit fructuosa, vi-  
de ne sit sera. Hodie te corrige, dum viuis. Nam  
qui iudex tuus futurus est, ipse hodie tuus aduo-  
catus est.

**Cap. 4.** Ablue à malicia cor tuum, vt salueris. Salus  
erit non malis corde, sed bonis corde. De cordis  
radice exit vel bonum vel malum, idcirco curan-  
dum, vt si bene operati velimus, bonum cor red-  
datur. Ora: domine cor bonū crea in me. Trans-  
formia impurum cor in purū. Adime cor lapideū  
& da carneū. Exculpe è prauo cor rectū. Ceterū  
sunt, qui freti luctione baptismi, nihil amplius cu-  
rent. Sunt qui putent se à gehenna tutos ob bap-  
dicētes. Benedictus deus, baptizati sumus. Nou-  
ve vitę interim nulla ratio. Quum ad hoc baptisi-  
mus valeat, vel August. teste, vt Baptizati Chri-  
sto incorporentur, vt membra eius habeantur, vt  
consepliantur. Iam quomodo cadunt flagicia in  
eū, qui est Christo insitus, cum Christo mortuus  
cū Christo sepultus, cū Christo in nouitatem vi-  
te excitatus? Ea nunc baptizatorum vita est, vt  
optādū sit, quo aliquid, si nō secundū spiritū, saltē  
κατῳφύσιμο vivuerent (quam S. Ambrosius hone-  
statis formam. M. Tullius optimū viuendi ducē  
appellat, hanc, inquiens ille, qui sequitur, nunq  
aberrabit) & essent homines, si non Christiani.  
Tamen si ego nomē Christiani nulli inuideo, nec  
author esse volo, vt hoc vlli baptizato admittatur  
non tam ob fidei Christianę dignitatem, q̄ ob iti-  
mulos quosdam, quib. multi impeili solent ad of-  
ficij considerationem, Si tanto titulo cōpellētur.

**Cap. 5.** Domine, an non oculi tui ad fidem? adeo  
placent opt. deo recte facta & veruata fides, vt  
hic pollicetur, Se toti Ierosolymę peccatrici pro-  
picium

## BONIS OPERIBVS: 25

plenum fore. Si unus vir in ea reperiatur, qui re-  
cie faciat, fidē preſtet. Nā & si ſint, qui videantur  
ſide mutua pollere, preſertim iū qui ſancte deiera-  
re ſoleant. Hai, Adonai, falſum tamen eſſe iuſiuſ-  
rādū, quod videlicet fide careat. Quorū enīm  
conducit iuſiurādū. Si deſit iuſiurādi fides. Per-  
pendens igitur prophetā, q̄ rara in ſua gente vir-  
tus ſit, p̄terea quāta inundent periuria, quantæ  
fraudeſ, & cōtra q̄ deo probetur ſeruata fides ve-  
lut obſtupescēs erūpit in hanc vocē: Dñe an non  
oculi tui ad fidē veritatēm q̄ versi ſunt? Quasi di-  
cat, Ne tu dñe respicis q̄ fideliter pactū atq̄ amic-  
itias muſuo ſeruent, & non q̄ ſancte iurent. Viſ  
vt ſit ratū verūq̄, quicquid alter alteri promitti-  
mus, vtq̄ ſit dicū ac factū. Viſ vt abſit dolus,  
hypocrifia & circūuentio a fratrib. &c. Et o viſ-  
tutem eximiā, ſine qua nimis orbis: vt ſapiētes  
existimant: Vnū diē ſtare non queat. Vnde vere  
dicū ab Anneo Seneca, nempe fidē eſſe ſanctissi-  
mum humani pectoris bonū. Diximus non nihil  
de hac fide ſupra. i. reg. 24. docet igitur hic locus  
quanti momenti apud deū ſit integritas & ſidei  
exhibitio et veritatis cuſtodia, ſine qua nomen a-  
micitię valere non potest, nec fraternitatis, quæ  
inq̄ arcere poſſunt a populo plagaſ dei. Cohibe-  
re potest irā dei vtricē iuſtitię cultor, rigidus ſer-  
uator honesti, Simile propemodū legis. Gen. 18.  
Porro vbi nos fidē, legit Symmachus, Hierony-  
meste, veritatē. Vtrūq̄ enim reddit Aemunah,  
id eſt, certa veraq̄ ac rata fides. Et Lyranus hoc  
loco exponit fidem, id eſt mentis fidelitatem, nō  
tantum verba. Idem ſep. cap. perijt fides ſic inter-  
pretatur, perijt fidelitas populi erga deum & ho-  
minem, nec valde meo quidem iudicio delyrat.

Bonas facite vias veltras, atq̄ opera veltra, Cap. 7

D & ha

ח' יהוה

## L O C I , D E

& habitabo vobis cum. Intelligis opinor empha-  
tice istis in locis accipi copulatiuam: Et sic supra  
sepiissime acceptum vidimus. Ibidem . Obedite  
voci meæ, & ero vobis deus. Ad eum modum  
Cap.ii. Audi: volū. meam & facite &c. & eritis  
mihī in populum.

Cap.8. Si pœnitentiā egerit gens illa à malo suo &c.

Cap.22 Facite iudicium & iustitiam , liberate vi op-  
presso &c. Si facientes feceritis verbum istud  
ingredientur &c.

Cap.25. Reuertimini vnuſquisq; à via sua mala &c.  
et.35 & habitabitis in terra.

Cap.29 Cum quæsieritis me in toto corde vestro, in-  
ueniar à vobis & reducam captiuos &c. Contē-  
plare locos hosce, nec dubitabo quin fateri cogas-  
tis, Deum opt. Max. fructibus spiritus & virtutis  
factis non solum impense delectari , verum  
etiam ob hęc benefacere nobis , commorari no-  
biscum, benedicere nobis, tueri nos, breuitet pro-  
spicere & animo & corpori. Operib. bonis acce-  
ptę quidem ferendę sunt tot commoditates , sed  
Misericordiaę gratiæque accepta ferre debemus  
opera bona, & illis actis dicere: Serui inutiles su-  
mus. Et cum Iobo: Si probus sum, hoc ipsum ig-  
norabit anima mea. Sicuti Matth.6. Nesciat sini-  
stra &c. Neq; enim patitur deus gloriationem  
nostram, quasi ex nobis ipsis quicquā probe ege-  
rimus. Scriptum est in Deuteronomio: Ne dicas  
fortitudo mea & robur manus meæ hæc omnia  
mihī præstiterunt, Sed recorderis domini dei tui.  
Quia ipse dat tibi Coah Laæfotb, id est, virtutē  
sive vim ad faciendum. Græci ἡ χύπ. Rursus Jud.  
7. Ne dicas viribus meis liberatus &c. Nihil ha-  
bemus, quod non e supernis acceperimus , non  
est igitur vt gloriemur, præterquā in deo , quod  
hunc .

בְּנֵי שָׂעִיר

## BONIS OPERIEVS. 26

hunc hunc cognoverimus, qui est omnia in omniis, benedictus in æuum Amen.

Pro eo quod obediisti præcept. Ionadab &c. propterea &c. vel in Rechabim istis apparet, q̄ incredibiliter placeant Deo bo. opera, eiusq; sunt delitiae gaudium & corona. Utinā vero nos nō solum laudaremus opera. verū etiam facheremus.

Vides operibus placari deum. Id quod aperius supra cap. 26. Nunquid non timuerunt dñm & deprecatisunt &c. Cap. 35

## EX EZECHIELE.

Non erunt in memoria iustitiæ eius quas fecit: videlicet, ubi degenerauerit ad iniustias. Audis memoriam esse apud deum, operum pie sanctæq; vitæ describitur (mihi crede) non in fabulosa diphthera, quicquid agimus siue bonum siue malum. Ecclesiastæ. n. 2. Corinth. 5. Vnde iudex iustissime iudicabit & reddet suum cuiq; autoramentum, pro quo militauit, huic vitam, illi mortem. Roma. 2. &. 6. Insculptetur in animo tuo, narrare familiæ tuæ, meditare domi forisq; tere in pinnacio exaratum, pendeat ob oculos, incide colunis, depinge in parietib. Quid obsecro? Verbū domini, Ioan. 5. Prodibunt qui BONA FECERVNT in resurrectionem vitæ. Qui vero MALA FECERVNT in resurrectionem condemnationis.

Sifuerint tres viri in medio eius, Noe Daniel & Job, ipsi per iustitiam suam libertabunt animas suas, ait dominator dominus. Non proderunt tibi aliena opera seu merita, secundum Tua olim iudicabere. Qui probus fuit is recipiet in eo loco, ubi futurus est aeternus, Quā dulce erit tum meminisse gemituum, laborū, afflictionū,

D 2 quas

## L O C I , D E

quas hic pertulimus. Quām grata erit recorda-  
tio benefactorum, Quām iucunda erit bene acte  
vitę conscientia.

Cap. 18

Qui fecit iudi. & iusti. Qui super montes nō  
comedit & oculos suos non leuauit ad idola do-  
mus Israel. Qui vxorem proximi sui non viola-  
uit, & ad vxorem menstruatam nō accessit: Qui  
hōminem non contristauit: Qui pignus debitori  
reddidit: Qui per vim nihil rapuit: Qui panē suū  
esurienti dedit, & nudum operuit vestimento,  
Qui ad usuram non dedit, & superabundantiam  
non accepit: Qui ab iniuitate auertit manum su-  
am. Qui iudicium verum fecit inter virum & vi-  
rum: Qui in pr̄ceptis meis ambulauit & iudicia  
mea custodiuit, vt faciat veritatem: Hic iustus est  
Vita viuet, ait dominator dominus. Satis explica-  
te atq; illuminate loquitur nobis amansq; pater  
ne quis sermonis obscuritatem causetur. Audi-  
mus definitionem iusti hominis, ea rogo per vos  
Luteristę & perfstet. Nouimus vestra, vt  
opus non sit morbidum dogma inanib. & verborū  
ampullis protegere. Querite peregrinos, quibus  
verba detis. Asinum suum auriculæ prælongæ  
πτερά κυμαίς nos sat prodiderunt. Iustitia bo-  
nis Christianorum operib. ascribitur, Sicuti con-  
tra iniustitia malis. Hoc oraculi constanter tene-  
te, qui ecclesiastici estis, & æque ferte hæretico-  
rum in rabiem actorum ludibria. Ibidem. Vita  
viuet. Idem cap. 33. Strenue versant sententiā pro-  
phetat: Iustus ex fide sua viuet, quasi hoc quisq;  
inficietur. Scimus quomodo eo testimonio vta-  
tur apostolus ad confutanda opera legis, quę suo  
tempore in Christianissimum ingerebant appellæ  
fratres. Sed neq; Propheta neq; Apostolus sen-  
sit, opera credentium bona ideo nihil valere co-

ram

## BONIS OPERIBVS.

17

ram deo, quod iustus ex fide sua viueret, Imo idē dei spiritus in Ezechiele dicit eundem iustum ex operibus suis viuere. Nam si ille iustus est, qui enumerata opera peregit, & iustus ille viuet, cōsentaneum est, quod ex operibus viuet, quę peregit, non ex fide tantum. Quod si sibi ius sumunt viuendi verbum in Ezech. de temporali solum vita interpretari, licebit mihi eodem iure idem verbum in Habacuc de temporali solum vita interpretari. Tam enim mihi nihil obstarat, quām illis, & eadem nihil authoritas quę illis (tametsi nihil sum) & eadem mihi θαυματεγγία quę illis Audaciæ & insolentiæ palmam concedo. Audiunt verba tua & non faciunt ea. Referta est scriptura similibus dictis, quibus vellicantur auditores verbi ob neglecta facta. Nec tamē emollescunt Luteristæ, ut adduci queant, non dico ad operum peractionem, sed ad operum duntaxat curam & amorem. Nam vt contra ea in temporis detonant, ita contra ea palam viuunt, ne scilicet euacuetur dogma. Orthodoxi norunt: Beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Eo deferant quicquid in se est studij, vigiliæ, laboris.

## EX DANIELE.

Peccata tua in eleemosyna redime, & iniquitates tuas in misericordia pauperum, Ecce erit lōganimis delictis tuis. Hæc est certa solidaqꝫ eius loci interpretatio, ad hebraicam simul & græcā veritatem, ne diffidas lector, Nisi quod græci eleemosynis & misericordijs habent, & forsitan pro ecce, cuiusmodi secutus est latinus. Verum hic locus καρκίνωμα illud est Luteristarum, quod frustra toties brassica non bene trita medicatis sunt, Hunc mirum dicitu quām sudarunt ut vel se

Cap. 4

D 3      cus

## L O C I , D E

cus transferant, vel secus enarrent, atque veritas  
habet. Sed laus Christo nihil egerūt, q̄ quod per  
fidiam suam nobis prodiderunt, effeceruntq; ne  
illis posthac tam facile credamus, & si animas suā  
as millies nobis pignorent. Eleemosynę vox mi-  
re offendit aures animosq; istorum hominū, qua-  
re eam vbi possunt, amoliuntur à textu, vbi non  
possunt scholijs velant. Nam sex istę syllabę pro-  
sternunt gigantes istos ergomachos. At Ortho-  
doxi scimus quinq; linguarum consensu Sídkah  
hoc loco eleemosynam esse, quantumlibet alibi  
Iustitiam significet, tametsi alibi quoq; eleemosy-  
nam reddant LXX. vt Psal. 23. Præterea cogunt  
circumstantię, vt aliter nō possit verti, Nam mox  
tautologice repetitur, Et in misericordia paupe-  
rum. Quo apparet, hoc solum prophetā sibi vo-  
luisse. Postremo non est adeo insolens, eleemosy-  
nis peccata expiari, quum idem Prover. 16. quoq;  
legeris, et semel atq; iterum in Tobia. Date ele-  
mosynam, inquit dominus, & omnia erunt yo-  
bis munda, & Matth. 6. dicitur reddendam elees-  
mosynę mercedem. Item Proverb. 15. Eleemosy-  
nis & fidelitatib. (nam græci plurali utuntur) re-  
purgantur peccata, dicas, hoc desyderatur in he-  
breo. Respondeo. At in græco est, quod non om-  
nino fruolum, Imò quo olim Ecclesia catholica  
vel solo vſa est, & è quo Apostoli testimonia vbi  
q; ad verbum citarunt. Quod si non satisfacit,  
age, cap. 16. Habes eadem pene verba in vtracq;  
lingua, vt, velis nolis, vincat veritas. Sed iustitiae  
vocem maluerunt insertam, que videlicet secun-  
dum dogmation, fides dumtaxat est, vt consi-  
stat quod ipsi docuerunt, Nam si ab hoc resiliret,  
inconstantiae crimen incurrerent. Cæterum  
ijdem ne Videantur eleemosynam prorsus tol-  
lerere,

lere, vtq; se oculatos præ deponranis veteribus ostentent, interpretantur. Hesed eleemosynam in pulchro confitemini. Insuper faciunt ex eleemosyna quoduis beneficiū in quo suis collatum &c. omnia vt lubet, posteaq; labia eorum ab ipsis sunt. Sed donemus, vt cōmodū suo reti irretiantur. Si Hesed eleemosyna est (quod tamē nō nisi ἔλεος vocant & LXX. & Euangelista) & Hesed apud Solomonē peccata expiat, Igitur eleemosyna peccata expiat. Atq; ita vetus translatio Danielis ab ipsis impugnatorib. propugnatur. Ad hēc toties cōmendabitur eleemosyna, quoties Hesed reperitur (reperitur autem frequentissime) & fiet vt unus locus Danielis, domi labefactatus, foris ad infinitū confirmetur. Hāc scyllā non viderant oculati isti Argi. Est qui exponat eleemosynam mutationē cordis &c. Vnde hoc mi vir? Sed ignoscendum est miserandis glosse matarijs, quorum aliqui pudore magis q̄ malicia temere recepta dogmatia tuentur. Metuunt, ne si quid tribuatur bonis operibus fidelium iniuria fiat gratiæ, quasi vlli obscurum sit, Bona opera si ne præcedente & consequente gratia, māca atq; inualida esse, aut quasi leviss. delictum quo quis modo remitti possit sine effuso sanguine immaculatiss. agni Iesu Christi, in cuius gloriā omnes omnium operum actiones redundant. Cætera quæ hic dicenda, in aliud tempus differemus.

Deus misit angelum suum & conclusit os Cap. 6  
leo. &c. Quia coram eo inuenta iustitia in me,  
etc. LXX. ἐνθεται id est rectitudo. Luterista  
μη μέρος ἔχει, nec poteris elabi, quaqua et sum  
circumspicias. Opera piorum coram deo  
ceu authore & remuneratore inueniuntur, non

## L O C I , D E

solum suasore. Ob opera benefit pijs, & sensi-  
tiunt illorum fructum, tam in æterno quam exter-  
no homine.

**Cap. 9** Qui seruas pact. & miser. diligentib. te & cu-  
sto. man. tua. Hoc supra in Mose & Esra. Certi  
sunt de dei misericordia iusti homines, qui in bo-  
operum studio excellere per pulchrum putant.  
Deut. 23. Seruis suis miserebitur.

**Cap. 10** Panem delicatum non edit propheta, carnes  
& vinum non intrant in os eius, vnguento non  
vnguitur quæ Ad afflictio coram domino com-  
paruit, & verba precantis eo tempore exaudita  
sunt. Vnde nobis hypocrita, speciosus pelle des-  
cora Daniel? Vnde nobis delectus ciboru? Olet  
Tatiani & Manichæi pedorem ista supersticio.  
Cibus nos non commediat deo, nec curat malua  
lupinoue vescar, an ceruina & turdo. Quid obest  
animæ, Balsamo perungi, aut balnei vitæ delicijs,  
aut etiam quæ sub alis fiunt? Quid detrahit fidei  
meæ vestis schema mundi præferens? Quid tæ-  
dij medica alea? Quid orchesmus, quid Cythara  
et musicum melos, quid rosaceæ corolle? Laudo,  
abi, virum te Euangelicum iudico, Macte isto  
animo perge seruire deo tuo. Iouiani & Aristipi  
institutum sectare. Omitte Timotheos, Hydro-  
potas, Anthonios, Hieronymos, Zenones in  
sua macerata vita. Euangelium (tuum) nihil exis-  
git à te præter iustitiam spiritus, quæ est absco-  
dita in corde, hoc est, vt sis, qualis es, Euange-  
licus scilicet.

**Cap. 11** Vita æterna non solū promittitur doctorib.  
iustitiae, Verum etiam quod sint in ea veluti stelle  
perpetuae futuri. Docere autem, bonum opus est  
Sed doctores dent operam, vt hic quoq; stel-  
las imitentur fulgendo in pietate & honestate,  
quemad

## BONIS OPERIBVS.

29

quemadmodum fulsit Adamatius ille Origenes de quo fertur elogium: Hic est qui quale verbum habet, talem habet vitam. Vulgare est illud Augustini: Bene docere & male vivere, est seipsum condemnare. In lib. Iud. 5. dicuntur omnes amatores Dei, nedum doctores, sicut exoriens sol rutilaturi.

## EX JOELE.

Couertimini ad me in toto corde vestro, in Cap. 2  
sejunctio, fletu & plactu, & scindite corda vestra.  
Egressatur sponsus de cubili suo &c. Quis scit si  
conuertatur & ignoscatur deus &c. Semper placu-  
erunt deo penitentium atque dolentium opera  
exteriora, adeo ut sepe facilem & placabilem se-  
talib. exhibuerit, atque commerito flagello ma-  
num continuuerit. Exemplis abundant scripture.  
Temperatia coniugii ob religiosa opera deo val-  
de probatur, id quod ex. 1. Corint. 7. liquet, prae-  
ter exempla Exodi. 19. 1. Reg. 11. Tobiae. 6. Certum  
est displicere deo, quicquid carni nostrae placeat,  
& illi esse iniucundum, quicquid ea experat. Di-  
uorum exempla inflammare nos ad pietatis exer-  
citia debent ut eorum fidei & vitae vestigia inse-  
quentes eò veniamus, quo ipsi nos processerunt. Dux  
erit spiritus & lex lux, ut & velimus & possi-  
mus, in gloria patris nostri, cui volupe est, in bo-  
opera prospicere. Ibidem. Quicunq; inuocauerit  
nomē dñi, saluus erit. Nemo inuocat aut orat, ni-  
si qui credit. Roma. 10. Nec minus tamen clamo-  
ri, hoc est operi credentis salus attribuitur. Por-  
ro salus hic alia nisi æterna esse nō potest. Saluus  
erit, id est, eripietur è fauicib. diaboli, & colloca-  
bitur intra ecclesiæ moenia, vnde post assumetur  
in æter. patriam, Si fidei baptismoque vita eius  
responderit,

D<sup>s</sup> EX

## L O C I , D E E X A M O S .

**Cap. 5** Quærite bonum & non malum, vt viuatis,  
Et erit ita dominus deus Zebaoth yobiscū, Si-  
cut dixi tis. Locus hic perbellē quadrat ad alser-  
tionem doctrinę Ecclesiasticę, & tota huius viri-  
tus in vocula, vt, consistit, hebraice Lemaan,  
quod planè ætiologicum est, & gignit eum sens-  
sum: Propterea quærite bonum & non malum  
vt viuatis. Sin minus, non viuetis. Vitam vero  
interpretor de qua dicitur Ioan. 5. Qui bona fece-  
runt, prodibunt in resurrect. vitæ. Huc spectat il-  
lud Dauidis: Quærite bonū & viuet anima ve-  
stra. Quin ad eam boni exquisitionem, alio quo-  
que promisso extimulat, quum ait: Et erit ita dos-  
minus &c. Non caret emphasi additum, Ita, He-  
braice Chen, quod soli. L. X. X. non neglexerūt.  
Sic enim sentit: Grandia iactatis me circum vos  
esse, vos iuuare, vobis fauere, bene velle, sed falli  
mini. Vbi vero bene operati fueritis, tunc ita era  
circum vos, ita iuuabo vos, ita fauebo vobis  
quemadmodum iactatis

## E X A B D I A.

Propter intersectionem & iniquit. &c. peri-  
bis in æternum. Quoties in sacris literis dicun-  
tur mortales, presertim iudeorum populi pro-  
pter peccata puniri, toties sentendum est, eosdē  
omnia prospera adepturos fuisse, si secundum  
deum & recte vixissent. Nam sicuti peccata cau-  
sa sunt cur plectaris, ita bona opera efficiunt, vt  
bene tecum agatur. Et quemadmodum ob pec-  
cata irascitur dominus, ita ob bo. opera placatus  
quiescit. Reuolue Biblia, enota historias iræ diui-  
næ testes, numera dicta irę, & quicquid ibi eius  
Instituti occurrerit, id ipsum κατ' εναυτίωσιν pro-  
astruenda sententia faciet, quam nunc defendens  
dam

## BONIS OPERIBVS. 38

dam suscepit. Qui mala opera punit, idem bona remunerat: Qui vicia flagellat, idē virtutes coronat. Indicat furor eius maximus, & animaduersio crudelissima in improbos, q̄ immensa atque eximia bonitas sit & salutatio opulentiss. certiss. q̄ Si vitę sanctimonia integri fuerimus.

## EX IONA.

Vidit deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala & misertus est eis. Sunt duo operum Christianorum genera, Ecclesiastica & Ethnica. Illa sentio quę in publico cōetu peraguntur, Nempe, curare vt proles per baptismum Ecclesiæ Christianæ dedicetur, baptizata rite confirmetur, nimirum adultior, Confirmata orthodoxa Cathechesi instruatur, instructa bonorum morum iuxta & literarum studio formetur, & vel ministerio Ecclesiæ vel Ciuitatis agricq; opificio in timore & tremore cōtradatur, aliquid interesse sacris, memoriam passionis Christi grato animo recolere, audire cōciones, auditas domi ruminare, precari, iejunare, psallere, lege, re, stipē largiri, cōfiteri, feriari, tametsi hoc extre mū leuius est, Hęc vero appello, poenitētiā agere, cōteri dolereq; vehemētissime & corpus affligerere propter cōmissa, vitā ad regulā Christi instituere, deo constāter fidere in omni vita, deum amare, metuere, colere, in animo habere, verbū eius in rebus gerūdis cōsulere, inuocare, intercedere pro viuis & mortuis, vigilare ad nocturnas preces, meditari cœlestia, esse ἀτιμάχελον assensu socię, mortificare carnē atq; sub iugū mittere, vitia odiſſe & fugere, mundū contemnere cū desiderijs eius, lugere, zelare, pati, opes, atque gloriam viliducere, proximū amare, honorare, docere, corripere, pauperem alere, ægrotum visitare, consolari, Breuiter facere opera decalogi,

## L O C I , D E

& paræneses Apostolorum. Cum Ethicis copulo opera oeconomica, nempe pie beneque præse domui, recte instituere liberos, iuste tractare seruos ac seruas, Item mercenarios peregrinos sub tectum accipere, victum labore querere, incommoda vite ferre, & si qua alia huius classis sunt. Ad numero & politica opera cuius generis sunt, parere magistratib: pendere tributum, citra murmur ferre expilationes, fidem seruare, pacto stare, fidum in opificio esse, integrum esse in contractibus, equum erga viciniam, creditori satisfacere, prouehere concordiam &c. Iam sunt, qui in Ecclesiasticis perficiendis sedulâ nauant operam, in Ethicis negligentissimi. Plures sunt qui leuiora quam qui grauiora legis exequantur, sed sciant illi, sese despere, & a iustitia abesse. Legis Niniuitas ad Ionæ exhortationē non solum credidisse, non solum induitos fassis, non solum ieunasse, non solum orasse, verum etiam conuersos fuisse a via sua mala, Quod posterius magis aspergit dominus quam prius, Nam ita habet textus: Et vidit deus opera eorum. Quænam? Quod cōversi essent a via sua mala, propterea misertus est, iuxta Hiere. 8. Si poenitentiam egerit gens illa a malo &c.

## E X M I C H E A .

**Cap. 2** Nonne verba mea benefaciunt cum eo, qui rectus ambulat? Q. d. In verbum meum reijcere culpam calamitatis vestre minime poteritis, sed peccata vestra in causa sunt, quo minus res ex voluntate succedant, quemadmodum Hiere. 5. Peccata nostra prohibuerunt bonis a nobis &c. & Esaiæ 59. Peccata vestra absconderunt faciem domini a vobis. Recte conuersemini & sentietis me secundum promis, meas optimum atque benia.

## BONIS OPERIBVS.

p

benigniss: Scilicet, ego vobis parcam, quum ipsi  
nemini parcatis: Quare id ero vobis, quod vos  
alijs estis, Nempe tyrannus & harpyia. Audiāt  
hoc magnates, qui quum sint meri phalarides in  
subditos, tamen sibi ingentia promittunt de fa-  
uore Christi & eter. salute. Scriptum est. Sicut  
fecisti, fiet tibi. Re metiar tibi phalarismū in sinu  
tuo, nec liberabit te auri corrasī massa

Annunciatum est tibi homo quid bonum  
sit, & quid dominus requirat a te, Nempe facere  
iudicium, diligere misericordiā, & solicitum (sive  
humilem) ambulare cum deo tuo. Hic ternarius  
asterisco insigniendus est. Habes in eo epitomen  
vitæ Christianæ. Fidei non sit mentio, eo quod  
Ihs loquitur, qui sā credidimus, vnde supeſt, vt fi-  
dei charitatem ceu pedissequam, imò lateranam  
adiungamus. Quam sentit, diligere, inquiēs, mi-  
sericordiam, id est, ē dilectione non ficta, & li-  
benter hilariterue benefacere fratri. Facere iudi-  
cium, pertinet ad omnes vitæ functiones, & po-  
stulat vt domi forisque cuncta quam iustissime  
atque incorruptiss. agamus. Ultimū, videlicet,  
humilem ambulare cum deo, respicit ad religio-  
sa opera, vt quę rectius humili edomitoque cor-  
de, & seruata pia quadam verecundia peregeri-  
mus. Nam tale quispiā vult hebræis zena, quod  
**LXX.** hoc loco ἐτοιμοὶ id est promptū trans-  
ferunt. In Solomone reddunt humilem, tam  
**LXX.** quam Hieronymus. Ibidem. Salus erit  
timentib. nomen tuum. Timor dei collectum se-  
cum trahit, quicquid ad eter: salutem credentib.  
opus fuerit. Sine timore, inquit Syrach, Ne-  
mo poterit iustificari. Idem. Timor domini su-  
per omnia.

Cap. 6

EX

## L O C I , D E EX ZOPHONIA.

**Cap. 2** Querite iustitiam, Querite mansuetudinem,  
vt abscondamini in die iræ domini, Audis causa-  
lem, vt vici quod græci πτωσ. Amabilis virtus  
vbiique premijs prouocatur. Pro, deus bone,  
quāta erit exultatio iustorum ac mansuetorum,  
quando tuti à gehenna, paradisum sibi patere vi  
debunt, quando audient illud desyderatiss. δεῦτη,  
quando emimus cernent frustra eiulantes stare  
satuos cum suis olei vacuis lampadibus

## EX ZACHARIA.

**Cap. 1** Conuertimini ad me, & ego conuertar ad  
vos, ait dñs exercitum. Sat dictum de conuer-  
sione, Si sat audiremus, crederemus, faceremus  
Christiani.

**Cap. 3** Hęc sunt verba, quę facietis. Loquimini ve-  
ritatem, & reliq. id est. Hęc voluntas dei est, hęc  
falus veltra, si vos in omni cōuersatione irrepre-  
hensos custodiatis, siue, vt Apostoli verba accen-  
team, si quęcūque vera, quęcūque honesta, que-  
cūque iusta, quęcūque pura, quęcūque προς φιλίę  
quęcunque boni nominis, Si qua virtus, si qua  
laus, hec cogitatis hęc faciat & erit deus pacis  
vobiscum.

## EX MALACHIA.

**Cap. 4** Orietur vobis timentibus nomen meum  
sol iustitiae & sanitatis in alis eius. Timori dei sa-  
nitas promittitur vbiique in Mose, & Proverb. 3  
& 4. Christus illuminator omnium qui venit  
in hunc mundum, & promissus timentib. no-  
men dei & re ipsa exhibitus est, & cum eo sani-  
tas salusque corporis & animę. Huic ergo Chri-  
sto deo simul & homini, domino regi & serua-  
tori nostro vnico, in huius vitæ palestra milite-  
mus,

## BONIS OPERIBVS.

mus, ipsomet p̄dotriba atque vexillifero, huic nos totos impendamus, nec sit, quod remoretur aut delasset accinctos. Athleta polydamas in olympia ob robur: ut est apud Basiliū Mag. coronatus est, & item Milo Crotoniata. Et illis Brabion erat oleastri aut apij Corolla. At nobis proposita sunt immortalitatis premia, Si vicerimus. Quid igitur? dormitabimus: sine cura viuemus? Imitabimur sardanaplū aut Margitem

Homericum: Ob breuem voluptatulam  
spes magnas amitteremus? Quin memi  
nerimus scriptum esse, Nemis  
nem coronari, nisi qui legit  
me certet & vincat, atque  
que talem non legi  
sum iri a  
morte secunda.

## FINIS

## GEORGII VVERTHINEN. sis lectori Octostichon.

Ingenuos adeas agros rogo Candide lector  
In quis fragrantes proueniant violæ.  
Vuicelius calamo colit & simul indicat illos,  
Enitens domino ferre talenta suo  
Has violas tumidi nunq̄ vis decutit austri:  
Non sinit has nunquam multa perire dies  
Quin eæ perdulces commiscent semper odores;  
Qui sursum rapiunt credula corda, vale

P R A E =  
CONIVM EVAN.  
gelicæ gratiæ.



REDIMVS ET CON-  
sitemur catholici , adeoque huius  
gratia cum priscis Martyribus,  
quorū memoria nobis sacra est,  
vinciri, omne tormentorū genus  
perpeti, ac mori denique non re-  
cusamus, Nempe Siloh Gene. 49. Prophetā ma-  
gnum, Deutero. 18. Messyah & filium Domini-  
cum. Psal. 2. Daniel. 9. Verum Solomonem. 2.  
Reg. 7. Verum Dauidem. Hiere. 23. Hose. 3. Im-  
manuel Esaiæ. 7. Mirificum, Consiliariū, Deum  
gygantem, Patrem in æternum, Principem pa-  
cis. Esaiæ. 9. Maher Salal. Esa. 8. Virgam de stir-  
pe. Isai. 11. Seruum dominicū. Esa. 61. Adonai Iu-  
stum nostrum. Hiere. 23, 33. Germen iustitiae, Pa-  
storem vnum & principē. Ezech. 14. Lapidem  
in montem factum, qui impleuit vniuersam ter-  
ram. Daniel. 2. Antiquum dierum. Daniel. 7. La-  
pidem zionis in summo angulo positum. Esa. 28.  
Psal. 117. Lapidem in quo septē illi oculi. Zacha.  
4. Puerum dominicum Zemach. Zach. 3. Regē  
Zion, Iustū & seruatorē. Zach. 9. Dominatore  
Israelis. Mich. 5. Desyderium gentium. Hagg. 2.  
Doctorē iustitiae. Iohē. 2. Solem iustitiae. Malach.  
4. Hoc est, Iesum Nazarenū, Marię filiū Bethle-  
hemiticum, verbum dei carnem factum. Primo-  
genitum vniuersæ creaturæ, corporale domicili-  
um omnis plenitudinis deitatis, hæredē vniuer-  
forum, splendorem gloriæ dei, expressam imagi-  
nem .

## BONIS OPERIBVS.

33

nem substantiæ diuine, deum verum deo vero, Genitum impassibiliter generatione incogitabili, hoc est, deum decente, ante sæcula, ante visibilia inuisibilia atque adeo intelligibilia, Non factum, Etusdem, non alterius seiunctoris siue remotoris, cū patre substantiæ subsistentiæq; Opificem archangelorum, Ministrantem patri ad creationem vniuersorum, iuxta assumptū hominem in tempore prædefinito, ē cælo in mundū venisse, vt peccatores saluos facheret. i. Timo. 1. Vt quereret seruaretque quod perierat. Lu. 9. & 19. Perierat humanum genus, (ē paradeso) iuxta ac fauore creatoris electum. Creatura valde bona turpissime degenerarat. Plasma angelice constitutum eō prolapsum fuerat, vt id fecisse factorem pœnituerit. Manus optimi ac sapientiss. opificis in culpa summi mali huius esse minime omnium potest. Hęc enim fecit hominē rectū, ē quo prauū fecit inuidia diaboli, idque adeo vt nihil sani in tota natura reliquum fieret. Hinc Caro, hinc Mūdus, hoc est peccati seminariū. Tali de prauationi debemus conscientiæ surda verbera, pœnam vehementē ac multo sæuiorē illis, Quas & Cæditius grauis inuenit aut R hadamantus. Præterea perturbatiōes atque affectiones illas ac ægritudines animi, dein mille curas. Postremo, quod ad corpus attinet, omne laborū morborū, que genus, calamitatē & contritionē viarū nostrarū, infelicitatē deniq; totā, seniū, fatū. Proinde homo cælo conditus, in Auernū iniçit, vas ignominiae, organū iræ, instrumentū mortis, Gehennę titio. Tantū malū nobis à diabolo est. Cę terū huic malo tollendo nemo mortalium ab orbe condito par erat. Immersus ceno zabuli homo semet hinc euoluere qui poterat. Mansit lex na-

E turę

## L O C I , D E

naturæ integræ. Nihil poterat. Successit lex scrip-  
ta. Nihil poterat. Perditius fuit miserum ges-  
nus, q̄ vt ab ullo creato restitui quiverit. Accessit  
igitur Creator ipse, ad quod efficiendum in ipsa  
statim prævaricatione protoplasti animum inef-  
fabili consilio adiecerat. Creatoris erat, creaturæ  
suam ab hoste alserere. Ipse demum potis erat,  
seruare quod perierat. Effecit autem hoc ipsum,  
non per angelicos principatus, nō per homines.  
Enoch aut Heliam è superis redditos, multo mi-  
nus per Abrahā patrē iudaicę gētis, aut per Moy-  
sen Synagogę principē, aut per David virum se-  
cundum cor dei, in quo multa signa diuisitatis  
præostensa, omnium minime per Nehemiam re-  
deutis è Chaldeę populi ducē, sed per se ipsum.  
O factum, cui efferendo impares etiam Archangeli sunt. Nos homunculi nihil nisi stupere, mira-  
ri, adorare. Porro negocium omne, quo nihil sa-  
cratus ac augustius esse potest, in literas miserū  
mirabili concentu ac consensu Prophetæ & Euā-  
gelistæ. Illi quum nondum factum esset, Hi ve-  
ro quum factum esset. Jam ille reparandi atque  
obseruandi modus constitit in patiendo. At pati  
in deum Opt. Max. non cadit, quare filiū (de quo  
nunc differo) Deum homine mistum, pati volen-  
tem, pati voluit, vt patiēdo elueretur, quod agē-  
do commissum fuerat. Nemo hic humanitus ra-  
tiocinetur. Neque enim quod veriss. dixit Lacti-  
tius, Veritas ac arcanum dei summi, qui fecit om-  
nia, ingenio proprijsque sensib. comprehendendi  
potest. Nec aliud deterius est, vt scribit Joan.  
Chrysost. quam velle diuinās res humana rati-  
one discernere atque metiri. Fides, quemadmo-  
dum idem ait, Sensibilia omnia supergreditur.  
& infirmitatem ratiocinationum humanarum

trans.

## BONIS OPERIBVS.

34

transit. Ea demum fide, quæ nihil disputat, tanta  
in re opus fuerit. Filius igitur patri obediens us-  
que ad mortem crucis, perditionem nostri miser-  
atus est. & verus ille Samarita sauciatum Adā  
benigne curauit, qui est eius erga hominem  
amor. Portauit lignum verus Isaac, holocausto  
destinatus. Venundatus est a fratrib. verus Ioseph.  
Occubuit magno incredulorum malo ve-  
rus Samson, derisus ac consputus est verus Da-  
uid, & ē regno ab ijs electus, qui noluerūt eum  
super se regnare. Verus Melchizedek, verus &  
plus q̄ Aaron ille noster Iesus Christus obtulit  
hostiam pacificam in odorem fragrantiss. Imō  
idem ipse sacrificiū, qui & sacerdos, Ipse agnus,  
aries, vitulus. Adductus est ad occisionem vni-  
quis, non aperiens os suum. Non fuit patienti  
species neque decor. Factus est despicibilis, &  
nouissimus virorum, vir dolorum ac sciens infi-  
mitatum. Repertus est in forma serui, adeoque  
vermis & non homo, opprobrium hominum  
& despectio plebis. Mortem vero Crucis per-  
tulit Amator hominis, vt mortem inobedientiæ  
humanæ debitam exigeret, & amissam vitam re-  
uocaret. Mori vnum oportuit, vt multi viuere-  
mus. Mors vtraque propter peccatum in mun-  
dum introierat, cuius mortis (a qua eum teneri  
impossibile erat.) mors factus est pontifex ille  
noster, quamque per mortē aboleuit, & cum ea  
diabolum qui mortis habebat imperium. Pecca-  
tum expiari non potuit, nisi sacrificio humani  
corporis, non cuiuslibet, sed huius nostri in æter-  
num Melchizedechici pontificis. Quare pecca-  
to expiato, mors, cuius aculeus peccati, extincta  
est. Iā morte extincta nos liberati sumus, quo-  
quot metu mortis per omnem vitam obnoxij

E 2 cras

## LOCI, DE

eramus servituti. Atque inde Redemptio prædatur in toto orbe terrarum, & libertas & salus & gaudium, quod nemo tollet a nobis. Inde fatur agnus dei: Heus sicutientes venite ad aquas. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. In me pacem habebitis. Nam ego missus unus sum, ut Euangelizem mansuetis, ut medear contritis corde, ut nunciem captiuis indulgentiam & clavis apertione. Ego sum resurrectio & vita. Ego vobis factus a deo sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio. Ego redemi vos de execratione legis, dum vobis factus sum execratio. Ego finis legis. Ego via ad patrem, quem reconciliaui vobis, quem amicu cum dulcem reddidi vobis per meam carnem & sanguinem, quem propicium feci vobis, tollens peccata vestra super lignum, quem pacificau ego verus Salomon. Ad hunc aditus per me est vobis liberrimus. Per me ad illum penetrabitis. Ego Mediator, ego aduocatus, ego thronus gratiae & letiss. Caporeth & preciosiss. aucti<sup>u</sup>λυ<sup>u</sup> θο<sup>u</sup>, Nam non solum crucifixus sum propter peccata vestra, verum etiam exurrexi propter iustificationem vestri, non moriturus iterum. Ego languores vestros portavi, Ego vulneratus fui propter iniurias vestras & attritus propter scelera vestra. Ego depedi, quod admisit Adam. Quod ille perdidit, ego inueni. Veni in mundum, vidi mundum, vici mundum. Occidi diabolicum Goliath communem hostem humani, maxime Israelitici generis. Traxi unquam antiquum draconem, trucem Behemoth, immanem Leviathan serpentem vectem, qui vocatur Satan. Propter me recipit & exosculatur pater perditum filium. Propter me remittit peccata, & ita remittit, ut illorum in posterum im-

## BONIS OPERIBVS.

35

memor esse velit. Ego fundamētū, ego lapis angularis, ego caput vestrum. Ego bonus pastor, ego episcopus animarum vestiarum, Ego unus Magister vester. Dicite pusillanimes, Confidatim, Cōfidite, nolite timere. Ego vere dominus deusque vester. Quia propter consolamini consolamini. Venit lumen vobis. Gaudete & exultate, Nam deleui ut nubem iniquitates vestras, & quasi nebulam peccata vestra. En vobis pro cinere coronam, oleum gaudiū pro fletu, pallium laudis pro moerore. Inclinate aurem vestram & venite ad me: Audite & vivet anima vestra. Nihil à vobis in præsentiarum exigo. Vos me non amastis, ego vos amavi prior & amor ille siue ignis potius, quo maiorem nemo habet, de cœlo in terram me detraxit. Gratuito veni. Gratuito vobis natus, vobisq; datus sum. Gratuito docui ac benefeci. Gratuito tuli opprobria oprobriantum. Gratuito mortis suppliciū subi innocensissimus. Quo beneficio cœlos pecato vestro occlusos vobis aperui. Vos credite in me & baptizemini, ecce vestra omnia sunt, quæ ego habeo, à patre tradita. Baptizatis de spiritu meo, regeneratore humanorum cordium, ut discipuli me doctorem, utque milites me imperatorem per omnia sequantur. Hinc eritis novi ciues cœlestis hierosolymæ, noui domestici dei, populus meus omnes iusti in perpetuum, germen plantationis meæ, persuasum sibi habentes Regnum dei nō esse in verbo, sed in virtute. Quique gratiam dei salutiferam, cunctis hominib. apparentem in vacuum non recipiant. Fili dei, addo dij ipsi sunt, heredes dei, cohæredes mei, fratres mei, matres meæ, sorores meæ sunt qui me integrí sectantur. Quid obsecro possit

E; esse

## LOCI, DE

esse magnificentius, quid amplius, quid opulentius, quid illustrius, quid optatius, quid lætius? Tantum bonum nobis à Christo est. At te cum ista superbia tua procul hinc in caluariam aliquā proripe Israelita, qui & tibi & gentili populo donatam ex æquo vniuersitatem salutem inuidens, obturbare negocio dei & obstrepare adorandæ voluntati quam obsequi maluisti. Vos peculiū domini, fateor, Neque enim tale fecit omnī nationi. Nec fuit tam grandis gens, quæ habet deos appropinquantes sibi, Sicuti vos. Vobis credita erat eloquia dei. Vestrā fuit adoptio, testamenta, cultus, promissiones. Salus ex Iudeis est. Maxime, Contra nos præpucium vocabamur, Sine deo eramus, & extranei à testamenis promissionis, & à Repub. Israelitica alieni. Eramus canes, sed tamen micis triticeis mensæ vestræ aliquando insidiantes. Erant nostri dñi dæ monia. Simulachra nostra argentum & aurum. Etiam. At idone in vanum creati sumus filij hominū. Vos Abrahæ, nos Adæ pueri, sed utrique ex deo: Nam Adam fuit Dei. Dicite, an non & nobis promissa salus? Profecto nos quoque complectitur Abrahæ Benedictio. De nobis quoque iæta cecinit Elias nō vno in loco. An nō nos sumus, de quibus vaticinatus est Hieremias: Ad te gentes venient ab extremis terræ, dicentes, vere mendacium possiderunt patres nostri: vanitatē quæ eis nō profuit. De nobis Encomiastis dei prædictit David: de nobis Malachias: reliquos omittit: dixit Nomen dei magnū fore in gentib. Proinde rem æqui considerate. Vobis apparuit salutare dei, vt confirmarentur promissiones patrū. Nos vero pro misericordia glorificamus deum, vt sit non ludeorū tantum, sed & gentiū deus. Sed si ne le

ne legalib. Mosaicis nos ad Euangeliū societatem  
admittere dedignamini, aut ipsi mauultis vos ab  
ea abstinere, ô prodigiose caninam inuidentiam.  
Ducitis nos viliores q̄ qui æquarivestræ excellē  
tiæ in religione queamus, indignū atque absurdū  
iudicatis, verpos inter recutitos sacrificare, ora-  
re, psallere, Semen Chanaan admisceri semini  
Abrahamico grande piaculū arbitramini. Gens  
generosa stirpis nobilitate elata despícitis fama-  
ritas, sed eo fastu, ea inuidia exitū vobis ipsi ac-  
cerdit. Nam eo pacto, verbum dei, quod oportebat  
primū vobis prædicari, repulisti, & vos  
æterna vita indignos reddidisti. Igitur Aposto-  
li præordinati testes ad nos conuersi iuxta man-  
datum. Quo fit, vt Messyas vester à nobis nunq̄  
quæsitus aut expertus, nobis inueniatur, & nos  
non populus dei, populus dei reddamur, eque  
nō dilectis dilecti. Ad hæc ex oleastro olea, Sum-  
matim ad eam dignitatem euehamur, à qua vos  
volentes decidisti. Verum nunc vobis omisis,  
qui superbia sanguinis Abrahamici & inuidia  
malignitateq; occæcati, in vniuersum repulisti  
à vobis Euangeliū, illos conueniamus, qui cir-  
cuncisi Euangeliū quidem receperunt, postea-  
q; huic sua scriptura adtestatur, sed ita recepe-  
runt, vt inueteratum Moysen non relinquerent.  
Nam cum isto Iudeorum genere gentium hoc  
est noster doct̄or potiss. bellum gerit. Alterum  
genus, nempe illorum qui Christi Nazarenī no-  
men fidemque prorsus auersabātur, modice non  
nullis in locis attrectat. Quid enim ad nos qui  
foris sunt? deplorat alicubi reiectionem obdura-  
tæ gentis, causis è scriptura collatis. Reliquum  
consumit in refutando. Siquidem illi quorum  
opinionem refutat, in Ecclesiæ consortio inue-

Method  
in Paulū

## LOCI, DE

nři amabant, quantumuis à puro Christianismo alieni. Eapropter adeste, quos dubito Christianos ne an Iudeos appellitem, dicite quam ob rem irati Petro apostolo obstrepitis: Ad viros præputiū habētes introisti, & edisti cū eis? Quare obstupescitis, quod & in gentes donum spiritus tussancti effusum est? Quare inuidetis gentib. Ostium fidei apertum? Quare murmuratis, quia deus & gentib. penitentiam concessit ad vitā? Respondetis. Immundæ gentes sunt, & indignæ noui testa: gratia. Atqui deus illas mundavit, id quod aliquanto inferius testabor, Vos igitur illas immundas ne dixeritis. Sunt iniuste, prophane, demoniacæ, procul arcendæ à contubernio sanctorum dei. Audio. Dicite vero vos, quid tandem sit, cur tales esse à vobis iudicentur? Sunt præputiati, & contemnentes, non ignorantes tantum, nostri Moysi. Audio. At quid ille Iud est, Vnde ex iniustis iustæ, ex prophaniis sanctæ, ex idololatris Theolatræ, ex impuris puræ, breuiter ex gentib. reddi possint vestri similes, & dignæ nouo foedere. Exigitis enim ut ante Iudæi quam Christiani siamus, seu potius neutri. Ipsi vos pro talib. habetis, quales vultis gentes fieri. Circuncidatur ex illis omne masculinū. Dies obseruēt & menses & tempora & annos. Ne tetigerint, ne gustarint, ne contrectarint &c. Audio. Igitur elementa mundi puras iustas ac sanctas facient gentes? Et has ipsas obseruationes respiciet deus, & ob eas recludet illis ostium fidei, citra has nihil facturus? Maxime: Nisi enim circuncidantur secundum morē Moysi, non poterunt esse salui. Agnosco verba vestra, & intellico, quo spectetis. Nimirum ut iugum super seruices discipulorū imponatur, ne cōtingat, ut illi

Uli liberi grati ac alacres ad regnum cœlorum ira  
rumpant. Sic colligitis: Nos vna cum patrib. no  
stris in lege domini tot seculis desudauimus, &  
soli præ omnibus terræ familijs pottauimus pon  
dus diei & æstum, ut non immerito nunc, nobis  
promissi in propheta foederis, nos præ cæteris  
adeoq; soli participes fiamus. Nam soli laboran  
tes, soli iure optimo mercedem accipimus. At  
Ethnici, deo vacui, imo dei osores vna cum parri  
bus suis, Baal, Bel, Dagon, Iouem, Apim, Re  
phphan, Berecynthiam, pallorem, porrum et ce  
pe proni adorarunt. Et ijdem per solis radios,  
Tarpeia fulmina, Martis frameam & Cyrrhae  
spicula vatis iurarunt, hostes populi dei, exciso  
res templi, qui vitam omnem in omni turpitudi  
ne triuerunt, repleti omni iniustitia, pleni impie  
tate, sacrilegi, benefici, arsenocœtæ, parricidæ,  
adeoq; in peccatis plane mortui, Quales cū sint,  
immerito admittuntur ad foedus, nobis pares fa  
cti. Ob hęc si volent illi nobiscum esse in foedere,  
nobiscum obseruent decreta, ut per hęc velut lu  
strati puriores ac digniores ad nouam Religio  
nem accedant, præsertim cum hęc decreta diuini  
tus disposita sunt. Vnde nec nos ea in æternum  
abdicabimus, tametsi posthac cultores noui fo  
deris huius. Præcepta illa sunt in generationem  
& generationem. Cur igitur nos relinquamus  
ea, aut relinquendi contemnendie alijs autho  
res simus? Ita vos. Sed hoc pacto spiritui sancto  
resistitis o Mosaistæ. Placuit deo, ad cognitionem  
veritatis & promissum foedus omnes homines  
admittere, non vos solos, idq; citra respectum vi  
tae anteactæ, ne quis gloriaretur. Placuit gratis  
admittere, adeoq; gratis apponere animas quæ  
• saluq; stant. Clamat enim, Venite, emite absque

E s argento

## LOCI, DE

argento & vlla commutatione vinum & lac. In oculis Maiest. in excelsis non tam malae sunt gentes, nec vestram boni, quemadmodum vobis videtur. Malè illę sunt, Sicuti vos, & quo maior vtrorumq; malicia, hoc magis opus fuit adueniente Christo. Summus amor est, inenarrabilis munificentia est, imperuestigabilis bonitas est, altiss. miserationis est, immensa gratia est, partim q; in terras deuenit dei filius, partim quod fœdus instituit et adhoc humanum genus inuitauit. Nō venit propter iustitiam vestram ad vos, nec superedit propter iniustitiam gentium. Non hunc attraxit cultus Moses, nec repulit adoratum idem Ioh. Venit ut omnes æque seruaret, quandoquidem omnes æque perierant, siue Iudeus, siue Græcus, siue Schytha. Non est enim distinctio, Verum instas recutite. Ais, Non est æqua via domini, nisi nos incircuncisis preferamur. Et nisi illi legem ante Euangelium aut simul cum Euāgeliō seruandam recipient. Nos meruimus, illi nihil & nulla sit distinctio? Nulla. Nam omnes peccavimus, & destituimur gloria dei. Fallimini si putetis vos ideo non peccatores esse, quandoquidem natura Iudæi & non ex gentib; peccatores estis. Si igitur gentes ad Euangelium admittendæ nō sunt, quia peccatores sunt, ergo vos quoq; ab eadem repellēdi, quoniam & ipsi estis peccatores, id quod præter scripturam, conscientia vestra vobis certo testificatur. Nec est, quod merita videntur, quę ego Rudera voco & gētilium criminibus fere paria. Si pergaatis eiusmodi iactare, quasi ob ea vocarit vos deus ad communionem fœderis. Gratiam salutiferam Dei Amatoris nostri, quę omnibus apparuit, negare non potestis, lā quomodo gratia est, si vobis ad euāgelicū fœdus

## BONIS OPERIBVS.

38

foedus per merita legis aditus patere debet? Vo  
bis ne debitum sit , gentibus vero gratia ? Ve  
ster ne debitor erat deus , vt eum oportuerit &  
mittere Messyam & ad hunc vos admittere? Ta  
lia ne opera vestra sunt, vt deum horum bonitas  
te obstringere vobis potueritis? Apagelis infœ  
licissime hominum cum operibus istis , ob quæ  
neque prædefiniri, neque vocari , neque iustifica  
ri, neque glorificari merueras , sed prestitit hoc  
propositum, electio, gratia. Nam si ob opera  
obq; propriam iustitiam tuam debuisset te ad sa  
lutem oblatam vocare, gentes , quia nihil habe  
bant aut operū aut iustitiae, reiectas omnes opor  
tuit. Quoniam vero gentes sine operibus iu  
stitiae vocavit, consentaneū est, vos propter ope  
ra iustitiae non vocatos fuisse, imo vocandos , aut  
certe ex vobis reliquias, etiam si nihil habuissetis  
operum. Etenim vt in vobis nō respexit ope  
ra iustitiae legalis , ita ea in gentibus non defudie  
ravit. Ergo, inquis, excludendæ gentes. Mini  
me. Aut enim admitte gentes, aut conuelle vati  
cina prophetica de admittendis gentibus. Hic  
quid facies? Deus est & gentium deus , & illæ  
violenter rapiunt Regnum dei , & quia paupe  
res spiritu , euangelizantur. Idcirco tibi per  
suasiss. sit, saluari eripiç; è mundo nequam & dia  
bolo, gratis, per precium sanguinis Mellitæ , &  
te circuncise & incircuncisas gentes, Deinde  
vtrisque gratis donari spiritum sanctum , vtrisque  
gratis remissa peccata. Postremo vtrisque gra  
tis purificari atq; iustificari per gratiam dñi Iesu  
Christi, in quem credunt. Indigebas enim & tu  
circuncise vt iustificeris , Nam tu quoq; iniustus  
eras, et ois iustitia tua pcedēs, nō erat iustitia co  
rā deo . Requireretur à vobis identidē iustitia p  
fidem

## LOCI, DE

fidem Iesu, que requirebatur a gentibus. Conue  
niebat parem esse iustitiam viribusq; populi. Ge  
tes non aliam habere poterant, q; vel imputatam  
vel donatam dicas, ex fide sua. Allatam a se iusti  
tiam non habebant, sic vos quoq; eam quam at  
tuleratis e Synagoga ponere, & imputata a deo  
propter fidem filij accipere debebatis, ut esset e  
quabilitas. Nihil fuit impurius getili populo, fa  
teor, sed eam impuritatem sustulit gratia miseric  
tis dei propter fidem illorum, qua Christo cruci  
fixo vere crediderunt. Eratis impuri vos quoq;  
tametsi id cernere propria iustitia non sinit. Quod  
vero nunc puri a priore inquinamento effecti estis  
acceptum ferre Gratiae debetis, ut gentes. Nam  
vna eademq; fide vestra beneficium salutis vo  
bis contigit, quandoquidem inter vos & gentes  
deus nihil discrevit. Sed rem contractius eloquar  
Voluisti Iudaice frater, ut prophanae gentes ab  
Euangelico testamento, imo a vestro templo &  
commercio prohiberentur, aut iustificare admit  
terentur, Nam omnino non conueniret ut Regnum  
coelorum que est Ecclesia Christianorum tam iniur  
stis ac immundis bestijs pateat. Quod voluisti,  
factum scito. Admittuntur iustificare & eodem  
purgare. Queris, quo tandem modo? Operibus  
Mosaicis? Nequaquam, sed fide, qua receperunt  
verbum dei carnem humanam factum: Ea fide  
reputati fuerunt iuste apud deum, & ea fidei iu  
stitia fretae, ad communionem sanctorum accesse  
runt, atq; hinc ad thronum gratiae, clamantes ad  
deum propicium Abba. Contemnis hanc iusti  
tiam? Certe aliam non habuerunt gentes, & ea  
suffecit deo vocanti gentes. Quid, quod tu nec  
aliam habuisti Iudee frater, quando Synagogam  
deserereres? Q; si hanc iustitiam (que Christus est)  
habes

## BONIS OPERIBVS.

30

habere dignaris, nullam vel hodie habere potes, quoniam iustus in omni bono opere. Circumcisio iudicium facit, non Christianum, ob id a Christiano non exigitur, nisi sentias spiritalem, quem sit in occulto cordis. Imo si quis est gentilis, a te effasci natus circumcidatur, huic Christus nihil proderit. Nam is eo facto resiliat a libertate, qua nos donauit Christus, & semet debitorum totius legis levandus faciat. Decipis igitur pseudapostole incautas gentes, in eo quod opera synagogae Ecclesie necessaria ad salutem esse vociferaris. Agnoscimus opera legemque a deo preceptam, sed ipsum cognoscimus filium, qui nos liberauit a Moysi iugo, & qui maledictionem eiusdem legislatoris prorsus abstulit. Falsi fratres facitis Iudaica predicatione ut Christus frustra mortuus esse videatur. Nam quod Christi promissioni ac gratiae acceptum ferri debuit, Hoc vos Mosaicum iustitiam attribuitis, repellentes a Christo quotquot ad eum per legem non veniunt. Portabitis iudicium vestrum, quia conturbastis nos Mosaico Evangelio, nos getes inquam, fidem non legem edocetas a nostro Apostolo. Vestrarum inuidia facit nobis ex dono debitum, ex gratia mercedem, et conamini seruos elementorum infirmissimorum reddere, qui precio magno empti sumus. Stultissimi vero sit, vos a nobis ad iustitiam opinionem circumcisionis opus exigere, quod vobis ipsis nihil profuit. Et si verum fateri fas est obfuit magis, quando a Gratiae cognitione & promissionis benedicendarum familiarum intelligenter animos vestros maiorem in modum impedituit. Recte sit, vos vocamini filii Abraham, nos sumus.

Ex Mat-

LOCI, DE  
EX MATTHAEO.

**E**vangelium nunciat gratia dei, que in filio dilectionis suae, omni creaturae apparuit. Pulchre, ut omnia, Ioan. Chrysostomus, Merito, inquit, vocatur Euangelium, quia hic cernere est, Deum conuersari in terris, angelorum cum hominibus iungi chorus, Deum hominibus reconciliatum, diabolum confusum, mortem peremptam, Paradisum apertam, maledictionem remotam, peccatum de medio sublatum, profigatum errorem, veritatem reuersam etc. Ceterum poenitentia precedit euangelium, Marci. i. Poenitemini & credite Euangelio. Luce 23. Ut predicetur sub nomine eius poenit. & remiss. pec. Poenitentia item sequitur Euangelium. Nam per euangelice gratie fidem a peccatis saluati, per baptisnum & spiritum regenerati, Christo inserti Ecclesiæ functi audimus: vide ne amplius pecces Rursum: Hec scribo vobis filioli, Ne peccetis. Jam infirmitate relabentibus patet poenitentiae τὸ ἄστυλον, ne quis de misericordia dei in Christo desperet. Quin discimus a Davide, Sperare in misericordia, non peccare in misericordiam. Proinde Euangelio credentes, sub Gratia, domestici dei, amici Christi sollicite interrogamus: Domine quid me vis facere? Redditur oraculum: Si vis ad vitam ingredi, serua precepta. Potes enim isthuc nunc, talis videlicet, Nam ego operor & velle & perficere, Tu operationi meæ tuas adde manus. Verum indicabo tibi saluato, quoties testatum volui, pietatem atque honestatem mihi placere, nunc etiam, quum te liberum feci, quum te saluavi gratis. Credidisti in Euangelio, reliquum est ut digne Euangelio viuas, si saluatus glorificari voles,

Joseph

## BONIS OPERIBVS. 40

Joseph quoniam iustus erat &c. Non obscu Cap. 24  
re vides, quid hoc loco sit iustum esse. Ad eundē  
modum legis. Mar. 6. Joannem iustum ac sanctū  
Et Luce. 2. Simonem. Item Luc. 23. Joseph de-  
curionem. Apostolus vult eligi iustum presby-  
terum &c.

Magi accedunt ut adorent & offerant, non Cap. 25  
domi desidentes credunt tantum . Operibus fa-  
tentur quod credunt, non ore tantum, et operib.  
e gregijs, quorum etiam gratia periclitantur. Ex  
petit eos ut cribret Satan operum auersor, sed ser-  
uantur. Mittitur angelus qui operarijs de salute  
prospiciat. Munerum Tropologia. Aurum est  
dilectio, Thus oratio, Myrrha carnis mortifica-  
tio, Hęc nos oportet deo in altiss. donare.

Vita Baptiste deprecanda est ad pudorem de Cap. 26  
licitorum episcoporum & nostrorum conciona-  
torum qui ipsi quoq; malunt Milesij q; Cilicij es-  
se. Eadem predicanda est ad commendationē  
abstinentijs & ieunij. Vita hęc carni inimica,  
Christo accepta est. Virtutum & operum Ba-  
ptistę laus est in Euangelio. Doctrina viri vitæ  
sanctimonia roborata atque ornata desyderatum  
nobis Agnum monstrat. Docet non ore solum,  
Sed cultu quoque et victu et habitaculo verus  
philosophus, verus heremita. In eodem. Omnis  
arbor que non facit bonum fructum exciditur,  
& in ignem mittitur. Minæ dei in suo pręam-  
bulone. Mala opera etiam credentium com-  
merentur ignem , quem effugiunt benefacta, si-  
ue, ut ille vocat, fructus penitentia digni. Diuus  
Hilarius penitentiam hoc loco sic definit , Nem  
pe quod sit redditus ab errore, & recursus a crimi-  
ne & post vitia desinendi professio.

Sic

## LOCI, DE

Sic decet, ut omnem compleamus iustitiam.  
Certe opere complent iustitiam duo illi, & om-  
nem.

**Cap. 4.** Iesunans Jesus ter vincit Satanam. Victor  
circumit predicans Euangelium regni, & curas  
omnem morbum in populo. Addamus nos quo  
q; operib. Ecclesiasticis Charitatis officia, ut si-  
mus integri.

**Cap. 5.** Beati pauperes spiritu, quoniam illorum est  
regnum cœlorum. Octies beati pronunciantur,  
qui ē fidelibus Christiane viuere, & Christiani  
opere & passione magis q̄ verbo esse satagunt.  
Suspitionem temporalis beatitud. præcludit ex-  
pressum autoramentum regni cœlestis. Et ne hic  
Eccleſiam interpreteris regnum, expressius ha-  
bes: Quoniam merces vestra multa est in cœlis.  
Ibi enim in exultatione metent vitam æternam,  
qui hinc in lachrymis bona opera per patientiam  
semitant.

Luceat lux vestra coram hominib. ut videat  
vestra bona opera & glorificant patrem vestrum  
qui est in cœlis. Nihil potuit rotundius dici. Chris-  
tiani luminaria stelleq; in mundi tenebris sunt,  
ut is fulgore nostro illustretur ad cognitionem fi-  
lij dei. Teneamus igitur lucernas in manib. no-  
stris ardentes in sanctis conuersationib: ac pietati-  
bus. expectantes & accelerantes aduentum diei  
Dei. Milites Christi lampadib. pugnant & vin-  
cunt, Judi. 7. Obserua gloriam deberi non opera-  
tib. sed patri cœlesti. Nam is glorificatur. Si nos  
in Christo feramus fructum operū, Ioan. 15. Ne  
mentiamur, quoties psallimus: Non nobis domi-  
ne non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

Quisquis fecerit & docuerit, hic magnus vo-  
cabitur in regno cœlorum, Preponitur faciendi

verso .

## BONIS OPERIBVS. 41

verbū, ne scias maius esse et Christo gratius face  
re q̄ docere. Sic Act. i. preponitur. Utinā sint pru-  
dētiores qui vitā doctrinę posthabēt, & id ope-  
rū odio. Electi milites. Iudic. 7. manu & lingua  
lābunt, id est, opere & verbo negocium salutis  
agunt. Tale Origenes.

Nisi abundarit iustitia vestra plusq̄ scribarū  
& phar. non intrabitis in reg. coel. Audimus oc-  
cludi fores iniustitiae. Iustitiæ vero factorum re-  
cludi. Pharisaica iustitia in externa modo specie  
consistit, vt fallat virtū specie virtutis: At Chri-  
stiana iustitia interioris simul & exterioris homi-  
nis est, & hoc abundantior, quo syncerior. Eam  
iustitiam perfectionem vocat dominus. Eritis  
perfecti sic, pater &c. Eam iustitiam iubet cum  
primis queritari.

Quisquis irascitur fratri suo, quisquis Raca et  
fatue dixerit, is, vt audis, incurrit poenam et hanc  
grauiss. Quare ergo liberant nos gehennę me-  
tu. Si fidem tantum habeamus, affirmantes nul-  
lum esse tam enorme peccatum, quod fidelem  
damnare valeat? Orate pro ijs, qui ledunt & in-  
sečtantur vos, vt sitis filij patris vestri. Hic vrgē-  
da causalis Vt. Admonui hoc ipsum in Vet. testa.  
Euangelistę nouitij soli fidei ascribunt, vt sis fi-  
lius dei, freti Ioannis initio. Locum nouimus,  
hunc non pr̄terimus, quo credētis orationi ado-  
ptio tribuitur.

Si dilexeritis eos qui vos diligunt, quod præ-  
mium habetis? Pr̄mij commemoratio Schisma-  
torquet, Ecclesiam oblectat, que beneficiens ini-  
micis suis beata spe pr̄mij æterni lenit.

Eleemosynam præstans vt spectetur, præ-  
mio carebit. Inductio. Eleemosynam præstans  
nō vt spectetur, pr̄mij habebit. Paterqui videt

F in o-

## LOCI, DE

in occulto, ipse reddet in propatulo. Artis est, bonum opus bene prestare. Synceritas ac rectitudo operantis potissimum meretur premium, quod trib. operib. videlicet, Eleemosynæ, Præcationis & Ie-  
tunij in propatulo reddendum ter promittitur. Q-  
si vos non remiseritis homib. delicta sua, nec pa-  
ter remittet delicta vestra. Remissio peccatorū  
non in sola fide, sed in opere etiam fraternæ igno-  
scientiæ sita est. Repetitur Matth., 18. ne nouę do-  
ctrinę vento moueamur. Recondite vobis the-  
sauros in cœlo. Opera misericordiæ à sincere  
Christiano bene collocantur. Non amissa est pe-  
cunia in pauperes dispersa, sed in cœlum premissa,  
ubi eam nec ignis nec poterit ferrū nec edax  
abolere vetustas.

**Cap. 7** Nolite cōdemnare, ne condemnemini. Cau-  
salem Ne, quam Euangelista indubitatus ēva Ali-  
tene mordicus. Pœna peccatum comitatur. Siue  
credas siue fidas.

Petrite & dabitur vobis. Petendi, querendi,  
pulsandi factio, dona eximia promittuntur. Ver-  
ba dilucida sunt: dabit bona pater. Si postuletis  
ab ipso.

Oia quæcunque vultis ut vobis fac. &c. Audis  
legē & prophetas sub opera cōcludi à dño & le-  
gis & prophetarū. Sic quoque Mat. 22. Dure acci-  
pitis Euāgelici, Prophetas ad operū scopū à dño  
inclinari. Sed propterea nos vestri odio mellitissi-  
mas in his de seruatore Iesu promissiones & va-  
ticinia non negligimus.

A fructib. ipsorum cognoscetis eos. Pluri-  
matum vtilitas tum necessitas operum. Arguit  
hæc, qui veri, qui falsi Christiani sint. Linguæ,  
cultui, fronti nulla fides. Non quisquis dicit mihi  
dñe dñe introibit in regnum cœlo, sed qui fecerit  
volun-

## BONIS. OPERIBVS:

42

voluntatem patris mei, qui est in cœlis. Secta cō turbatrix Apostolicæ doctrinæ, ne videatur esse quod est, astute obducit locos de facienda voluntate dei, vno loco apud Ioan. cap. 6. Hæc est volū tas patris mei q̄ me misit, vt omnis q̄ credit &c. Quo loco cæteros violenter reprimit. Mauult enim scripturæ maiestatem, q̄ suum vel dogma vel existimationem ledere. Evidem voluntas dei est, vt Christum credas, sed si hic cessator fueris, nil profuerit credidisse. Nam cuius voluntas est vt credas, illius voluntas quoque est, vt agas. Locus Ioannis suę cuiusdam classis est. Cæteri euangelistæ apertissime ad facta spectant, quoties scribunt de facienda voluntate dñi, & hic et cap. 12. Luc. 12. imò Ioānis etiam. 9. Roma. 2. 12. Eph. 5 1. Theſſ. 5. Hebr. 10. 13. Credebant quibus scribe batur, & tñ desyderatur in eis, vt faciant volun tam dei.

Discedite à me qui operamini iniquitatem. A Christo repulsam fert inobedientia, & bonorum operum contemptus. Non proderit in illo die: Fui euangelista, fui episcopus, prædicaui euā gelium, exposui prophetas, visitaui meos hircos scripsi in papistas, expuli homines Entheos, Schwermeros vocant. Illud demum proderit: Viam mandatorū tuorū cucurrisseruus inutilis.

Omnis qui audit ex me sermones meos & facit eos &c. Ach Luterani desistite tandem esse superbi mente cordis vestri, & captiuare intellectum vestrum in obedientiam iniuste veritatis. Frustra reluctamini Christo, de quo præ cæteris gloriamini. Ille ruiturum in exitium dicit, qui quæ audierit non faciat. Vos contrà ei salutē promittitis, qui audit tātū. Agnoscitis plogū vestra in schola deturpare apocalypses. Dom⁹ oparij

## L O C I , D E

fundata super petram , ab hymbre minarum , à  
flumine pœnarum , à vento mortis secundę tuta  
est , Vesta vero domus , auditores tantum & ver  
bi vestri magis q̄ dei , relinquetur vobis deserta ,  
& in nouiss. deicet magna ruina , maximo fra  
gore . Super arenam enim futilium (vera dico) cō  
cionum ædificata fuit .

**Cap. x.** Omnis qui confitetur me coram hominibus  
confitebor & ego eum coram patre meo . Opus  
confessionis Christianę fidei meretur confidentis  
notitiam apud patrem . Contrā Negatio ignoran  
tiam . Eodem loco varia sunt . Amor parentum et  
liberorum vltra amorem Iesu , vitata Crux , defy  
derium vitę huius faciunt te Christo indignum ,  
ne putes rē omnē in sola credulitate & increduli  
tate sitam esse .

Quicunq̄ ad bibendum dederit vni ex pusil  
lis his poculum aquę frigidę , tantū nomine disci  
puli , amen dico vobis , non perditurus est merce  
dem suā . Et exigua charitatis opera , qui sunt fru  
ctus sp̄ritus sancti , mercede sua non fraudabun  
tur . Exhortatio est ad hospitiū opus , Si hoc pre  
stare facultas non sit , saltem pota viatores Chri  
sti , siue quoscunq̄ sitientes . Iurat dominus , non  
modo promittit premium officiosi operis .

**Cap. xi.** Facta Christi à Ioanne capto audita , & à dis  
cipulis huius visa , persuadent illis Iesum esse  
Christum , id quod verba nulla potuerūt . Cedit  
& hoc in cōmēdationē bo . operū . Fit quoq̄ cō  
cio de factis Ioānis . Vita sanctiss . viri digna fuit ,  
quæ ore dominico prēdicaretur .

**Cap. xii.** Dico vobis , q̄ de omni verbo ocioso , quod  
locuti fuerint hoies , reddituri sint rationē in die  
iudicij . Ociosum verbū est , autore Gregorio ut  
hoc obiter intexā , quod aut iuste necessitatī rati  
one ,

## BONIS OPERIBVS

43

One, aut pie utilitatis intentione caret. Nunc mihi dispice nouę Ecclesię mores. Habet sibi psualsum stolidam bruta, credentes à iudicio extremo immunes fore. Nā fides sufficere tā hic q̄ illic. Vnde fit, ut neq; mala patrātes, neq; oculata garrientes, et scribentes deum timeant.

Ex dictis tuis iustificaberis &c. Id est, nō ex fide tantum, & factis, verum etiam ex dictis tuis iustus olim iudicabere. Quare nisi condemnatrix vis, pone custodiam ori tuo, linguam valla dētib. & memineris quid, de quo, ad quem loquaris. Nam agetur & de verbis iudicium, non de factis solū. Porro & hinc liquet qd sit iustificare

Quisquis fecerit voluntatem patris mei, ipse meus frater, soror & mater est. Supra admonui ex collatione locorum, factum voluntatis dei ad opera pertinere, quę hic summo honore dignatur dominus omnium, Marię etiam, hoc est, Christo iunctissimi reddimur per hoc operū pia exercitia.

Parabola de auditu verbī docet, frustra auribus atque animo concipi verbum, ni conceptū fructificet. Quando igitur incipietis erubescere auditores tantum, & non solum non factores, verum etiam factorum hostes? Tria habet textus, Audire, Intelligere, Fructum facere. Maius horum fructum facere.

Cap. 13

Angeli colligent ē regno dei omnia scanda & eos qui patrant iniuriam. Actio quæ sit iusta lege, iniurias est. Terreantur satores scandalarum in Ecclesia, terreantur peccatores. Fides non excusabit nec propugnabit olim vitam improbabā. Angeli segregabunt malos de medio iustorum & mittent eos in caminū ignis &c. Ab opusculo elucentur, quos sentiat dñs iusti vocabulo.

F 3 Nec

## LOCI, DE

Nec malos interpretabere incredulos tantum,  
nisi insanias.

**Cap. 14** Baptista gladio ceruicem prebet propter do  
ctrinam bonę vitę. Tanto difficultius auditu est,  
Si ob priuata virtus q̄ publicę religionis gratia re-  
prehendaris. Prædicatio bo.operum accelerat  
Crucem à manib. hereticorū, correptio criminū  
à manib. mundanorum.

**Cap. 15** Omnes ferē historię Euāgelij nihil aliud sunt  
q̄ exempla bo.operum. Dictum enim est: Exem-  
plum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, sic  
vos faciatis. Si non sanare, dare potes.

**Cap. 16** Futurum est vt veniat filius hominis in glo-  
ria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vni  
cuiq̄ iuxta facta sua. Hic locus toties per Biblia  
omnia congreginatus, unus pro mille sufficerit  
ad assertionem necessitatis operum.

**Cap. 17** Hoc demoniorum genus non egreditur, nisi  
per deprecationem & ieunium. Nunq̄ peius au-  
diuerunt duo ista opera, atq̄ hac tempestate, &  
nusq̄ validius in ea clamatur, atq̄ in Luterismo.  
Vides vero horum necessitatem acysum in exi-  
gendis demonijs etiam.

De tributo. Scandalū ponere eū dicit dñs, qui  
nō facit politica opera. Iā sine peccato scandalum  
nullū esse potest, Quare peccat qui Magistratib.  
non soluit tributum, Vectigal, honorem, timorē.

**Cap. 18** Quisquis humiliauerit seipsum, Sicut est puel-  
lus iste, hic est ille maximus in reg. cœlo. Sui sub-  
missio promissionem regni cœlestis habet. Puer  
ob oculos statuitur, vt ad huius formam descen-  
das senex. Breuiter habes, Innocentię puerili, nō  
virili fidei tantum, patere cœli portam. Abscisio  
nem membrorum, Si obstaculo pietati Christia-  
nę sunt, necessaria, vt declines gehennā & obtie-  
neas

neas vitā, esse ter dicitur. Quę & ipsa pręceptio  
arguit, Monios desipere.

Clauium potestas percutit inobedientes in Ecclesia quantumuis credentes, & fidentes. Nō prodest tibi, neq; fides neq; fiducia tua, si monitus non emendere. Malus ejsceris tam ex Ecclesia q; ē cōlo. Nōne oportuit te quoq; misereri cōserui tuisicut ego tui misertus eram. Misericordiam Dei potissim, iactant, qui ea potissim abutūtur. Est erga te misericordia dei, vt tuam erga fratres inflammet, non vt hac fīsus mundanas concupiscentias sectere. Audis oportere te misereri alterius, ad exemplum eius, qui tui prior misertus est. Audis itidem, nisi tu misereare, misericordiam dei repente in iram verti. Sed surdo cantilenam.

Magister bone quid boni faciā, vt habeā vitā eternā? Respōdet magister vnicē bonus: Si vis ad vitā ingredi, serua mādata. Posterioris tabulæ pręcepta subdit, quo firmiorē redderet charitatē proximi, omittit priora, nō vt leuiora aut ad salutē minus p̄tinētia, Sed quia magis obuia, Ecclesiastica videlicet. Reddat rationē atq; adeo pudeſiā in conspectu dei, angelorum, et hominum, qui sub Christianā libertatis umbra, Decalogum obliterare conabantur.

Da pauperib, & habebis theſaurū in cœ. &c. Bono largitionis operi cœleſtē gaza promittit ὁ Ἰ̄ησοῦς magister Καὶ τῷ ταμάτῳ domino, χισμα φοβό, ἵωτα ἐν, ἦ μία κερδία, ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς Διαθήκης ἡμῶν μηδ' αὐτοῖς ἀπολέται.

Facilius est camelū etc. Obstat pecunia amor quo minus, credēs etiā, in Regnū dei ingrediat. De suffocatrice pecunia in Luca legis. Omnis q;

## L O C I , D E

reliquerit &c. centuplū accipiet , & vitā æternā  
hereditate sortietur. Quām ingētia promittūtur  
operi, Sed operi, quo non aliud difficilius.

**Cap. 20** Parabola operantium in vinea, Si quid aliud,  
roborat doctrinam operum. Inconcussum est,  
vocatis operarijs dari mercedem. Nouę glosſu  
Ie nihil nobis offecerint, Si modo textum sibi in  
uisum non deradant audaculi.

**Cap. 21** Vter è duob. fecit voluntatem patris : dicūt  
ei prior, id est, qui quod verbis se negarat factu-  
rum, opere fecit. Vsq; adeo præstat facere q̄ di-  
cere. Negat os credentis filij , at manus implet,  
& patri satisfit. Modo nolle illud tegat poenitus  
do, & in posterum ore manuq; libens impleat  
iussum Dei.

**Cap. 22** Vestem nuptialem non habens proīcitur in  
tenebras extiores, ibi erit fletus & stridor den-  
tium. Hæc vestis fidem significare non potest,  
vt pote quam omnes habuerunt, quotquot ad  
nuptias id est Ecclesiam accesserūt , alioqui enim  
non venissent, de fictis catechumenis nunc non  
loquor. Propterea vero Iudei inuitati non vene-  
runt, quia non crediderunt. Oportet igitur am-  
plius quiddā sit , quod adūbret vestis illa , Nēpe  
charitas de puro corde. i. Timo. i. Et exterior bo-  
næ vite species seu toties laudata illa ἐν χριστῷ  
in Paulo. Vetus indumentum abiūcito fidelis aut  
tu abiūcieris. Induito nouum hominem, Ephe. 4  
Coloss. 3. & viscera misericordiæ. Alba vestis  
hæc est, quam à baptismo lauacro mundam attu-  
limus, vt mundam in diem domini conseruemus  
Decor huius indumenti faciet , vt tutus sis à for-  
midabili sponsi voce.

**Cap. 23** Qui se humiliauerit exaltabitur. Virtus pul-  
chre prædicatur contra Monios.

Hæc

## BONIS OPERIBVS.

45

Hæc oportuit facere, Nempe iudicium, misericordiam & fidem. Iudicium facis, Si iuste exequaris quod iustum est. Misericordiam, Si bene facias proximo, Lucæ. 12. vocat charitatem dei. Fidem si neminem amicorum inimicorumq; vilia in re fallas, sed dictis pactisue constes integer.

Beatus dicitur seruus fidelis, nō à fide in deum (quam ubique præsuppono, liceat enim mihi nunc sic dicere) Sed à fide erga famulitum, & bona suis manib. credita. Idem mox cap. 25. De hac fide supra diximus

Non noui vos. Quos? Qui gestat lampades Cap. 25  
sine oleo, id est fidem sine opere. Fatuæ sat crede bant, id quod è parabola elicitur, sed maius non habebant, Nempe beneficam ac cuiuis seruiendi cupidam promptamque dilectionem. Hanc scite appellat luminosam. D. Augustinus. Profecto ἐλατορ ἐλεος non esse non potest, vt cunque reclamat meretricia quorundā procacitas. Ipse Magister allegoriā explanat Matth. 5. quum inquit. Luceat lux vestra coram ho. vt videat homines bona opera vestra. Iam vero non lampas, sed incensum oleum lucet

Talenti defossor coniçitur in gehennam,  
nec conductit illi, credidisse.

Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum vobis ab exordio mudi, Esuriui enim & dedisti mihi edere &c. Aetiologicalā, enim, iterum atque iterū obseruandā moneo. Nam in ea disputationis cardo vertitur. Et eadem, vt de veritate certiores fiamus, in mox sequente Negativa repetitur. Cæterū in illis comicis reuera experiemur, Scripturā non fecellisse nos, quæ tot in locis contestetur, omnes mortales iuxta opera olim iudicandos. Salus per Christum parta,

F, 5 Chri-

## LOCI, DE

Christi obedientia obtinetur, innocentia posside  
tur, Vtinam ad hæc aures suas non obturent Er-  
gomachi. Evidenter est, Iustos, id est, qui ē fide-  
lib. opera misericordiæ præstiterunt, ituros in vi-  
tam æter. Ceteros non item

**Cap. 26**

Vigilate & orate, ut non intretis in tentatio-  
nem. Præseruare opera vigiliæ & orationis à ten-  
tatione maligni vel hinc claret

**Cap. 28**

Docete eos seruare omnia quæcumque præ-  
cepi vobis. Post euangelij optatam vocem, doce-  
mur ab Apostolis præcepta dominica, & doce-  
mur, vt ea seruemus

## EX MARCO.

**Cap. 1**

Ioannes Zachariæ instantis regni prænuncia-  
tor à nobis suspici satis non potest. Gens Lutera-  
na facit hunc horrificū Mosen, de more suo quæ  
vult egregie somnians, quasi ipse dominus non  
eadem ferè (cuiusmodi isti Mosayca Cynicae  
& plusquam Timonica esse arbitrantur) prædica-  
rit, non dicam fecerit. Quem igitur hunc facies-  
tis? Age conferamus: Ioannes dixit: Poeniten-  
tia, instat enim Reg. dei. Idem Christus Matth.  
3. Ioannes increpauit progenies viperarum &c.  
Idem Christus Matth. 12. & 23. Ioannes docuit  
de fructu arboris. Idem Christus Matth. 7. Ioā-  
nes arguit Abrahæ generis fiduciam. Idē Chris-  
tus. Ioan. 8. Ioannes prædicat fidem filij. Ioan. 3.  
Idem ipse filius ubique. Ioannes reprehēdit He-  
rodem. Idem Christus Lucæ. 13. Ioannes docet  
bono opera & dedocet mala. Lucæ. 3. Idē per om-  
nia Christus & multo absolutius. Ioannes ba-  
ptizat. Idem Christus Ioan. 3. Tametsi per disci-  
pulos Ioan. 4. Ioannes erat in deserto. Idē Chris-  
tus Marc. 1. 6. Luce. 4. 21. Ioan. 10. Sed tamen fre-  
quentius in ciuitate, sic exigente caussa, Abhor-  
rent

## BONIS OPERIBVS.

46

rent isti delicati martyres à Cameli pilis & locustis, gaudent palatis regum & conuiuijs pontificalib. Iccirco Ioannes non facit ad rhombum suum. Ais, testem accipimus Ioannē & qui à se ad Christum auditores remittat. Admodum. Iḡtur ne nunc nobis mortuus? Remisit à se ad Christum, id est, à Mose ad Comum. Ita ne scribę pulchelli? Ad Christum missit (nam ipse promissus seruator nullis modis erat) Sed propterea ne vt nunc velut à tristī Catone dimissi, apud Christū agerent pro sui animi sententia? Conuersatione ciuili erat dominus, si cum Eremi clue comparetur, & aliquanto indulgentior, sed quanto, dic mihi, mitior huius doctrina quam Mosaici Ioannis? Imò quanto immittior, si tot v̄æ, tot gehis nom, tot vermes immortales, tot minationes, tot increpationes, tot terrificas apophases, tot precepta consyderes? Eia amicule fuge Eremitā patrum, vt Christo suavi conuictore scilicet liceat genialiter gr̄cari. Christus p̄enitentes à Ioanne recipit missos quidem, sed receptos ac per gratiam ex fide sua saluatōs, philosophiæ addicit, neutiquam molli, sed suæ, hoc est Christianū, in qua crucifigatur caro cum mundo, idque asperius, quam à Ioannitis apud Iordanem fiesbat. Proinde qui ab eremo fugit, à Sinai, à virga, vt liceat secundum carnem viuere in Ecclesia, is non ad Christum, sed ad Theudam aut Judam Galilæum aut Mahometam aut ad alium quempiam pseudochristum fugiat oportet. Hic vero pluuiam fugiens in fluum incident

Laudatur à domino scriba ob cordatam responsonem. Ea vero fuit, diligere deū & prox. plus esse q̄ yniuersa holocaustomata & victimas  
Quod

## LOCI, DE

Quod ut veriss. est, ita quibusdā simpliciori, persuasū difficult. In latrīa publica nemo non officiū prestat, at hoc opus hīc labor, vt diligas, vt non oderis, vt non īnuideas. Hēc oportuit facere, & illa non omittere, prēcipui prēcipua cura sit, si ve  
lis iuxta Euāngelium esse Catholīcus

Amen dico vobis quod vīdūa hēc pauper plus misit &c. Adeo curae deo sunt bona opera, vt vel minutissimam stipem respiciat, & de hoc opere sermonē ad discipulos habens insigni elo-  
gio ipsum decoret. De hac re paulō inferius

Cap. 16

Tres Marīæ emerunt aromata vt venientes vng erent Iesum. Hoc non potest non bonum opus esse, quādo quod ipse dñs. Mat. 26 & Mar. 14. bonū opus appellabat, in se profusum vnguē tum. Apud Lucā cap. 8. dicitur Magdalena, Iohā na Chuzæ, Susanna & aliae ministrasse domino de facultatib. suis. Ioseph ab Arimathea mercatus est sindonē, qua extinctum dominū īnvolueret, & posuit eundem in monumento suo nouo. Nicodemus dedit de suo mixturam myrræ & aloes īgentis precij, Ioan. 19. Magi regij Persæ donarūt aurū domino puerō. Matthēus telones fecit domino coniuīum magnū. Lucae. 5. Idem in Bethania Lazarus. Ioan. 12. Cuiusmodi bona esse opera dño (qui propter nos pauper factus fu-  
it. 2. Cor. 8.) exhibita, nemo sanus negat. Et omnia hēc ipsi dño valde placuerunt, vt nos quoq; prouocaremur ad opus munificentia, scientes, domino dari, quicquid pusillis suis detur. Dices. Illi quos allegas diuites fuere, quid demus pau-  
peres? Audi Tobiam paedagogum. Fili si mul-  
tum tibi fuerit, abundanter tribue. Si exigūū fues-  
tit, exiguum libenter impartire stude &c. Nemo  
fidelium vsque adeo pauper est, vt cū vīdūa pau-  
pere

pere duo æra minuta interdum dare non possit. Grata est deo eleemosyna tenuis à tenui profecta. Numulum petenti te das, sed drachma, statu terem, coronati datus, si esset facultas. Talem animum cum exiguo siculo aspicit & gratum habet dñs. Apostoli cum in deserto preter quinque panes ordeaceos & duos pisces nihil haberent edulij, incontanter alijs dederūt. Quid, quod ipse dominus è paupere crumena, quā Iscariota gestabat, egenis dare cōsueuit. Joan. 13. Paulus sceno po eius (Chrisost. vocat alibi sutorē pellium, alibi fabrum tabernaculorum) in tenui re alijs, non sibi solum, prospicit. Act. 20. 2. Thess. 3. Heliseus pauculos panes sibi allatos, alijs impartit, cuius hoc verbum præclariss. da populo, ut comedant.

4. Reg. 4. Palmā aquæ plenam pro magno munere accepit à muliere Persarum rex, benignius à te paupere accipiet poculum aquæ frigidę Rex regum Iesus, donantis quippe animum magis quam donum respiciens

## EX LVCA.

Zacharias Euangeliū gloriæ magni dei ger mane intellexit, quē admodū oda eius loquitur. Nā post cantatam Gratia redēptionis secundū promissiones, cōuertitur ad doctrinā bo. operū, quorum ipse & Elizabeta vxor pleni fuerunt. Quare sic sentit: Non satis est Luterista, euangelice credere, nisi & euāgelice viuas. Non satis est ἀληθεύειν (fingo enim nunc vos nihil in docenda fide mētiri) sed λατεράνη quoque ad rem pertinet. Cultum vultis, scio, sed quē vis citius atque hunc, quem Zacharias è spiritu præscribit. Sanctitatem & iustitiam non vultis, nisi internā. Exeriorē contrā hypocrisim calūniamini, adeo, ut nephias sit, sanctitatis yti vocabulo, nisi de fide loqua

## LOCI, DE

Ioquaris. Vindicabit a vestra tyrannide plusquam  
Aegyptia veritatem apostolicæ doctrinæ iustus  
deus.

**Cap. 2** Anna Phanuelis suo tempore afflita vidua,  
hac tempestate inclementius affligitur ab Ergo-  
machis, quorum licet sunt, qui opus precationis  
& ieiunij in vniuersum non respuant, nullum om-  
nium tamen audiui, qui concedat latriam deo his  
operib. prestari. Malunt enim dissimulare Lucā  
λατρεύουσα, scripsisse q̄ opera honorare. Cu-  
ius latriæ confessio, est hæretici Luterismi re-  
trectio.

**Cap. 3** Querunt turbæ, publicani, milites: Quid faci-  
mus? Questio hec post fidei ἀνυποκρίτου pro-  
fessionē prima semper fuit apud electos dei. No-  
stri homines eam questionē superuacaneam sibi  
esse existimant, fide sola contenti, Facere inqui-  
unt, Christi est, qui pro nobis fecit.

Multa quidem & alia exhortans Euangeli-  
zabat populo. Qua epitoma significare voluit  
Lucas duplex doctrinæ genus baptistæ. Alterū  
quo Euangelizauit Agnum dei, Alterū quo ini-  
struit, quib. Euangelizarat, castos mores. Euan-  
gelizabat Ioānes. Sed idem παρακαλῶ. Quod  
posterior ad institutionem vite spectat. Atque  
huc pertinet doctrina pauloante data, de faciendo  
solicitis, & increpati pharisei, & reprehēsus rex,  
non ob incestum modo, verum etiam ob omnia  
mala, que fecit. Qui nihil nisi Euangelizat, is a  
deo non venit, nec intrat per ostium in ouile. Pau-  
lus fundamēto, qui Christus est, iacto, superstru-  
it institutionē bo. operū, & clamat: παρακαλῶ,  
baptistæ nimirum, & cum primis domini sui imi-  
tator minime lubricus Rom. n. Ephe. 4.1. Thes.

4. &c.

## BONIS OPERIBVS.

48

4. &c. Idē Petrus. i. ca. 2. 5. In libro Actorū sepe coniuncta leges, Euangelizare & docere, præser tim cap. 5. & 20. Item Luce. 20

Vitam Christianā credentes in se docet dñs. Cap. 6  
Obtestor Schismaticos, vt quē saluatorē recepe, runt, eundē Magistrū quoque aut ferant, aut de Saluatore raseant. Siquidē is dicit: Nō noui vos. Matt. 7. 25. Catholicos oro, vt quando ipsi saluatorē & magistrū Christū ferre possunt, toto corde, tota anima, tota virili incipiāt sic facere, quē admodum Matthæi. 5. 6. 7. & hoc sexto Lucæ docentur. Facite, iterum dico facite, & erit mer ces vestra multa, & eritis filij altissimi

Date & dabitur vobis, Obserua, &, in istis legib. Promissiones opulentiss. Fiunt dantibus bona, & remittenb. mala. Cætera ferè apud Matthæum.

Remittuntur peccata eius multa, quoniam Cap. 7  
dilexit multum. Quā inuisa verba noui Euange lij architectis. Laborant misere, vt glossis à natu ra sua veritatē expellant, sed tamē usque recurrit

Quod supra de facto voluntatis dei ex Matt. 7. Cap. 8  
&. 12. dixi, hic clariss, cōfirmatur. Mater mea & fratres mei hi sunt, qui verbum dei audiunt & faciunt illud. Cuius autē matres & fratres sunt, qui audiunt, non faciunt verbum. Denique quales illi, qui neque audiunt neque faciunt?

Questio describitur, quo modo vita æterna Cap. 10  
possideri queat. Ad hanc respondetur, Per ope ra dilectionis dei & proximi, ad quam oracu lum illud exhortatur: Hoc fac & viues, id est vitā æternā possidebis, vt quæsiisti. Ergo ma chi mei dicūt, Christum hic ironia ludere, vt sit sensus: Hoc fac & viues, id est, aha nunquam facies aut facere valebis. Igitur mox quoq; ludit, quum

## L O C I, D E

quum repetit: Vade & tu fac similiter. Ludit & in Apocalyp. Prima opera fac. Maxime omniū in Ezech. Iuum iubet, ut nobis cor nouum faciamus, Nihil audacius finxit natura hoc genere hominum.

**Cap.ii** Beati qui audiunt verbum dei & custodiunt illud. In ieiuniū & hic scrupulus in planicie. Sensus est, Custodiunt, id est, in corde & memoria, nō dicit faciunt. Respondeo. Quid aliud est custodiare Lucæ. 19. Vbi ille ait, Hæc omnia custodiuiā iuuētute mea, ἐφιλαξάμυντε nempe idem verbū, quod hic ponit, & ne tergiuerseris Cap. 19. quoque de retinendo in corde verbo dici, præcedit questio, Magister quid faciam &c. vt de factis modo intelligi oporteat. Sed quid hoc dīlūo, cū toties in scriptura legatur de custodiendis mandatis, de seruandis præceptis &c. certe externo opere?

Date eleemosynā, & ecce omnia munda sunt vobis. In mediā increpationē interserit exhortationē. Omnia munda mundis, id est, fidelib. per charitatem operantib. Qui eleemosinas faciunt προστίθενται alijs prōsunt, sibi obsunt

Locus de parādis sacculis & thesauro indeſſiente, supra in Matth. vt pleraque alia quæ hic prætermitto. Beati dicuntur vigilantes ad aduentum domini. Hę vigilę sunt desyderantium & gementiū, vt appropinquat tandem absoluta redemptio.

Seruus cognoscens voluntatē domini sui & se non præparauit nec fecit secundū voluntatem, plagi vapulabit multis. Hęc nobis credentib. quos neque fides neque cognitio diuina voluntatis iuuabit, Si desint facta. Infidelib. deteriores, infidelibus puniemur grauius

Paræ

## BONIS OPERIBVS.

49

Parabola arboris in quatuor annos toleratae  
ob spem fructus, admonet, succidendos creden-  
tes in alimoniam ignis inextincti, nisi fructus ope-  
rum ferant in tempore suo

Cap. 5

Agonizate ingredi per angustam portam.

Sunt omnia perspicua. Beatus qui intelligit, bea-  
tor qui facit, qui fecit omnium beatiss. est. Quæ  
hanc legem consequuntur, accurate scrutator.

Vita bona omni sermonis genere infigitur, id  
quod minime futurum erat, si Mēsop esset vivere  
& operari

Voca pauperes & beatus eris, quia nō pos-  
sunt rependere tibi. Rependetur autem tibi in re  
surr. iustorum

Facite vobis amicos ex mammona iniq[ui]ta-  
tis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æter. ta-  
ber. Item. distribue pauperib. & habebis thesau-  
rum in cœlo. Hęc & id genus loca duplīci modo  
vſurpamus. Aut in horum potētia atque autoris-  
tate pugnamus contra Misergos, & euincimus  
bo. opera ad cælestes scenas conducibilia, aut ho-  
rum salubritate nos iplos ædificamus, adque stu-  
dium euangelicę vitę appellimus.

Purpuratus epulo in flamma cruciat[ur], pro-  
pter contemptū operum & vitę melioris. Hoc  
secta negat, quia secta est, & blaterat interim no-  
bis, diuitem istum fide caruisse &c. Respondeo.  
Epulo iste credidit, vti Iudæus in Mose & Pro-  
phetis educatus, obseruās ceremonias dei secun-  
dum legem. Talis autem fidem venturi Messyæ  
quoque habuisse putandus est. Id quod si neges,  
eadem opera negabitur, Lazarum fidem Mes-  
syæ habuisse, neque enim hoc euidentiore argu-  
mento constat. Porrò epulonem credidisse, decla-  
rat quum ait; Pater Abrahā, præterea; Mitte La-  
zarus,

G

zarum,

## L O C I , D E

zarum, Quæ etiā resurrectionis fides est. Adhac dicitur, domū eius paternam Mosen & Prophetas habere. Ultimo cōminiscitur pœnitentiam, rem profecto piam, & quæ respicit credentes. Tot fidei signa ne in Lazaro quidem inueneris. Causa vero damnationis illius fuit impenitentia, vnde ipse timet fratrib. suis nimitti ipsis quoque impenitentib. & ea vita, qua is à viuis discesserat, ne ad eundem locum cruciatus venirent. Si secundum charitatem ambulasset fides Iudeus, in eum locum non deiectus fuisset. Norat dicere: Domine dñe, sed voluntatem dei facere recusarat. Completus est in Epulone verbum Christi: Væ vobis diuitiis, qui habetis cōsolutionem vestram. Completum est in mendicō: Beati qui esuritis nunc quia saturabimini, l. u. cę. 6. Vtrique redditū est, iuxta opera sua. Epulo esurientē non pauit, ideo iuit in ignē xter. Matt. 25. Mendicus compasius est, ideo conregnat, iuit per multas tribulat. in reg. dei. 2. Timot. 2. Act. 13. Sed audiendus iudex Abraham: Fili recordare, quia recepisti bona &c. Lazarus similiter mala. Habes assignatas rationes utriusque sortis. Scopus parabolæ est, ut voluptarij resipiscant in tempore, Scopus alterius partis, ut ærumnosi fideles patientiam habeant spe mercedis

Cap. 17

Vos cum feceritis omnia, quæ precepta sunt vobis dicite: Serui inutiles sumus, Quæ debuimus facere, fecimus. Λουθερό μανίτας aliquot ut sapiant, frustra moneo. Iactant hunc locum pro dogmate suo. Redeat igitur Lucas & mutato textu sic scribat: Serui inutiles sumus, quæ debuimus facere non fecimus. Redeant scholastę & sic adnotēt: Imò facere noluimus, facere nos non posse finximus, facere ceu indifferens duximus, contra facere tonauimus, facere in alijs ceu hy-

## BONIS OPERIBVS.

50

pocriticū risimus. Sed dono, serui inutiles sunt, at non tales de quib. hic dicitur, sed nepotes illius de quo Matth. 25. Seruum inutilem ejcite in tenebras exteriores

Cap. 18

Parabola pharisæi & publicani non aduersus ho. opera, sed fiduciam, superstitionem ac superbiā operariorum proposita est. Sic enim habet scopus parabolæ. Dixit ad quosdam, qui in se confidebant quod essent iusti & aspernabantur ceteros. Nec opera hęc per se bona iustitiae laude caritura erant, ni ea fastus pharisaicus coinquinasset. Publicanus descendit iustificatus in domum suam, vtique, sed num sola fide? Da textum. Imo ho. opera eius humili ab animo profecta lego, de fide nullum apiculum lego. Fidem in primis habuisse eum oportet, sed hic tribuitur iustitia cordi contrito & humiliato, præterea confessioni, precationi, addo adhac religiosos gestus. Epiphonema litem dirimit: Qui se humiliat, extolleretur. Ad eum modum potero Latroni ho. opera in aliquo sensu attribuere. A fide inerat in eo charitas, qua proximum oportune increpuit, inerat in eo metus dei, quem in socio desiderauit. Confitebatur peccatum suū, iustificabat Iesum, veritati testimonium perhibens, orabat toto affectu &c. Ioan. Chrysostomum vide in homili. de latrone. Evidem ea fecit, quae homo pius in tanta necess. debuit. Esurientem pascere, peregrinum colligere huicque lauare pedes, mutuum dare, corpus in seruitutem adigere, liberos Christiane instituere & his similia opera operari non potuit, ab hominū consortio in palum ablatus.

Historia Zachēi docet filietatem Abrahæ nō in fide tantum esse fidem, Nam hic homo postea, quam credidisset, & bona sua in pauperes disper-

Cap. 19

G z gens,

## L O C I . D E

gens, filius Abrahē esse dicitur, ad exēplū patris  
Abrahē, qui fidē suā operum opt. laude e quauit.

Cap. 21

Vigilate omni tempore deprecātes vt digni  
habeamini effugere omnia ista &c. Hic locus  
apertiss. declarat per opera fieri, vt digni redda-  
mūr, quos à futuris malis & ventura ira miseri-  
cordia dei conseruet. Dico misericordia dei, Nā  
hæc nō respuit opera, vti nec opera misericordia

E X I O A N N E.

Cap. 3

Quemadmodum opera mala malos inquie-  
tant & meticulosos faciunt, vt sibi consciū videli-  
cet in concilio iustorum comparere vitent, ita ef-  
ficiunt opera bona, vt boni tanquam leo confi-  
dens absque terrore in lucē clariss: prodeant, non  
metuentes sibi ab auditione mala. Eam laudem  
ipse dominus in media fidei prædicatione bo. ope-  
rib. vendicat, Nempe quod faciant confidentem  
atque intrepidum.

Cap. 5

Prodibunt qui bona fecerunt in resurr. vitæ.  
Qui vero mala egerunt, in resurr. condemnatio-  
nis. Cōsentit cum Matthæo cumq; reliquis scri-  
pturis Ioannes, nec obstat, quod aliquoties fidei  
vitam æternam ascribit. Facit hoc non dissimu-  
lanter, sed non vult in sententiam sectę accipi. Id  
quod si hic locus minus expugnaret, abūde istud  
facerent literæ eius Apostoli

Dominus ipse ad operum testimonia in dimi-  
catione configit, per quę sciamus, ipsum à patre  
missum. Sic quoque ait cap. 10. Opera quę ego  
facio nomine patris mei, hæc testimo. reddūt de  
me. Mox vocat ea, opera bona Judæis ostensa,  
vnde certi redimur, Miracula Christi, opera  
bona & esse & appellari posse, in illustrius orna-  
mentū verbi salutis, Opera fidē cōciliarūt dño,  
& valde accōmoda fuerunt ad peragendū salu-  
tis

## BONIS OPERIBVS.

tis negotiū. Me, inquit Cap. 9. Oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Quis vero creder nos dei esse filios, Christi discipulos ac fratres. Si nostrę professioni lux bo. operum nihil attestetur?

Si filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis. Ex operib. vult cognosci veros Abrahæ filios. Iudei genus, sectæ fidē patriarchæ venditāt, opera viri eæ vñlidunt, Orthodoxi vero, de genere nil solliciti, fidem & opera Abrahæ parib. vestigijs inseguuntur, vt non noti sed germani filii sint & benedictę promissionis participes

Si quis Dei cultor est & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Theosebia & obedientia faciunt ad exauditionem precationis, id quod alibi quoque scriptura loquitur. Quid: obedientia promouet etiam cognitionē Euangelicæ doctrinæ. Supra cap. 7. Certe in maleuolam animan non introit sapientia

Odium animæ propriæ, id est, contemptum vitæ huius vita æterna dignum esse Misergus negat, Christus affirmat. Animæ ob Christi fidem gloriamue profundę prodigus, viuet in æternū. Mox. Si quis mihi ministrauerit, honorabit eum pater meus. Honori nobis est apud deū, Seruire. Alibi gratiæ est, Matt. 5.1. Petr. 2. Item laudi. Roma. 2. Alibi honorem pollicetur, qui se honoret. 1. Reg. 2. Adeo fordan opera coram Deo scilicet

Exemplū præbui vobis &c. At cuius rei exemplum, nisi bonorum charitatis operum?

Si haec nouistis, beatí estis si feceritis ea. Nos se parum est, nisi quod noris, facias. Audis vero factores beatos dici. Quæ sententia multa scripturarum virata ac firma fit.

Cap. 8

Cap. 9

Cap. 12

Cap. 15

G 3 In hoc

## LOCI, DE

In hoc cognoscet omnes, quod discipuli mei sitis. Si charitatem habueritis inter vos mutua. Christianorum nota charitas est. non Christi cognitio & Theologie scientia. Fratrum stigma minime fallens est impletio legis, a domino semel atque iterum inculcatæ, nimirum hoc capite & id est bonum opus, non fides, non auditio, non cœnatio.

**Cap. 14.** Qui habet præcepta mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Eodem pertinet: Si diligitis me, præcepta mea seruare. Rursus: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Item cap. 15. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Inculcatur, charitatem non a lingua, sed ab opere pendere. Deinde opera legis Christi è charitate oriri. Postremo efficere opera præceptorum, ne decidamus ab amore domini erga nos & ab amore nostro erga eum.

**Cap. 15.** Tonus hic sermo schematicus eo tendit, ut quotquot credidimus, fructiferi sumus in operando. Esse autem facile isthuc, Nam operandi vim è Christo accipi, in quo per efficaciam mysteriorum implantati sumus, Nihil vero operum facte quenquam posse, citra huius opem. Ducenda uxor Hanna, id est gratia. Hæc, ne dubites, paris et tibi puerum optimum, fructum ventris sui, videlicet bona opera. Ita fermè Origenes

Vos amici mei estis, si feceritis quecumque ego præceptio vobis. Inductio. Inimici Christi sunt, si qui non faciant præcepta illius, idem maledicentes in Canonica Ioannis dicuntur, in Paulo negotatores dei, & paganis deterioriores

**Cap. 16.** Pater amat vos, quia vos me amastis & credidistis, quod a Deo exierim. Prouocat amorem amici patris amor noster, Verum is amor nullus esset,

## BONIS OPERIBVS.

esset, nisi prius amasset pater. Prior amauit quidem, sed præstat noster amor, ut redamantes ad amorem pergaat. Fides amoris postponitur, non quod ante fidem amemus, sed ut innuatur, fide maiorem potioremque esse amorem, i. Corinth. 13. Vnde dominus ad tedium usque Petrum rogat, num sese amet, utrum credit toties non rogat, quippe contentus confessione fidei apud Matthæum. Evidenti argumento est tria quesitio, nil usquam esse, quo magis delectetur bonus deus, atque una dilectione sponsæ.

## EX ACTIS APOSTOLORVM.

Cap. 1

Erant perseverantes ynaminiter in deprecata. & orata. &c. Exempla tam illustria obseruare non potuerunt, quo minus suauitudij nostri orbem contra bona opera cierent. Apostoli, Maria, sanctæ mulieres, consobrini domini, non orarunt solum, verum etiam orationi institerunt, incubuerunt, inferuerunt, inuigilauerunt, adhæserunt. Eiusmodi enim sonat vox græca Lucæ tripla, Paulo etiam familiaris, quoties nisum aliquem & diligentiam ad res obeundas significare voluit. Reb. afflictis configiunt sanctissimi ad certum orationis praesidium, & mouetur oratorium. Act. 4. atque adeo fit iustus terre motus Act. 16. Quo signo declarauit omnipotens vim boni operis. Sic Moses orans, sed in altum sublatis puris manib. meretur victoriam de Amaleck. Sic Elias orans claudit & aperit cataractas coeli. Cuiusmodi accedunt ad praeconium operum doctrinæ. Ananias ad orantem Saulum bonus nuncius mittitur. Act. 9. Petrus Iegior nuncius mittitur ad ieunantem & orantem Cornelium Act. 10. Apoltoji captat & tempus & locum orationi

G 4 diutu

## L O C I , D E

diutulæ congruum Act. 3. &c. 10. Orant in domo  
Mariæ cuiusdā magno studio Act. 11. Philippis  
exeunt iuxta flumen oraturi Act. 16. &c.

Cap. 2

Erant perseuerantes in doctrina Apostolorum & communicatione & fractione panis & precationib. &c. Mox: Erant quotidie perseuerantes vnaminiter in templo, & frangentes per singulas domus panem, inuicem sumebāt cibū, cum exultatione & simplicitate cordis laudātes deum &c. Habes vitam Monasticam, id est vere euangelicam in exemplo primorum Christianorum, o s̄eculum aureum. Quām plane afflat hæc exoriētis Ecclesiæ descriptio spūm ignēq; ijs, qui primi domi, prisce sanctitatis ac disciplinæ ex animo ac ardēter cupidi sunt, Ipsa rei lectio Energitica est, nedium res acta. Vides vero mera ibi opera esse, operib. primam illam sanctorum communionem coiſſe, operib. constitisse

Cap. 3

Habes à Petro datam eleemosynam, non aurum aut argentum, sed bonam valetudinē clauso, nobis sanam doctrinam. Ibidem cōcionatur Petrus, significans conuerti eum oportere, qui peccata sua deleta esse velit. Adhęc missum Iesum, semen benedictionis, vt vnuſquisque conuertat se ab iniqūitatibus suis

Cap. 9

Tabitha erat plena operib. bonis & eleemosynis quas faciebat. Laus discipulæ à re omnium contemptissima in schola Luteri. Sed rectiss. fit, vt quod spiritus sanctus probat, hæresis im probet.

Cap. 10

Cornelius religiosus & timens deum cū tota domo sua, pr̄stans eleemosynas multas plebi, deprecansque deum semper, audit angelum dei dicentem: Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam coram deo, Periocham hanc

## BONIS OPERIBVS.

33

hanc utinam possim personare in omnium homi  
num aures, qui a Christo cognomen habet. Sed  
Germania ἐργάζομεν aures non habet, os habet  
Induxit illa in animum, nolle recipere quod sit a  
Saxonica febri diuersum, cuius duricię poenas v1  
tori deo dabit. Cæterum Centurio operarius fi  
dei non expers fuit (quando sine fide impossibile  
est placere deo) alioqui mortua opera fecisset. Fi  
dem incarnationis indubie habuit, incarnatū ve  
to Iesum nesciuit. Qua fide iustificatus, opera su  
perintulit. Hæc ante reiectum illi Mysteriū re  
gni etiam deo acceptissima fuere, tatum abest ut  
non accepta illi sint, quę posteaq; reuelato Euā  
gelio, Christum seruatorem exacte cognoris, fa  
cias. Ne dicam opera huius ante reuelationē, nō  
nihil momenti habuisse ad acceptiōnem Euāgē  
lii, quandoquidē ita habet eius ad Apostolū nar  
ratio. Ecce vir, ait, Cornelii, exaudita est oratio  
tua. Mitte ergo in Ioppen &c. Non ociosa est ra  
tionalis oīw. Precessit tamē in ipso quoq; gratia,  
quę & subsequitur, ne triumphet Pelagius. Simi  
li modo non reticet Paulus, se misericordiam cō  
secutum, eo quod per ignorantiam Ecclesiæ re  
stiterit. Quod nullæ aures ferrent, nisi Paulus di  
xisset. Dixit vero ut sciamus, Misericordiam pro  
uocari aliquādo, & esse, cur misereatur Opt. de⁹.  
Nihilominus fatemur, illud ipsum misericordiæ  
esse, quo prouocetur misericordia. i. Timoth. i.  
Verbum Petri: Qui timet deum, & operatur iu  
stitiam, is acceptus est illi. Palam alludit ad ratio  
nalem oīw. Operari iustitiam nihil aliud esse po  
test, q; exercere opera iustitiae, domi ac foris, erga  
deum et hominem. Habe bo. operum sectatores  
• deo acceptos esse. Hoc si mentitur Petrus, liben  
G 5 ter

L O C I , D E

ter cum illo nos mentimur. Si verum dicit, traditur Satanę Luterismus omnis.

**Cap. 13** Exhortantes, ut perseverarent in fide, & per multas tribulationes oporteat nos ingredi in regnum dei. Sic supra cap. 8. Datur spiritus sanctus per impositionem manuum velut per medium opus. Item in Paulo. Iuxta hanc sermonis figuram dicere mihi licet, in iuitis inferorum portis, credentem per multa opera oportere ingredi in reg. dei, non aliter ac incredulos & sicte credulos per peccata descendere in Orci culum. Operando & patiendo apprehendimus vitam æter. Si in fide persistemus. Fidelis sermo et omni acceptione dignus.

**Cap. 14** Locos penitentię colligere animus non fuit Nam ea res aliud institutum requirit. Verum istud non subindicare non potui, Paulum hic pœnitentiam docere quæ est erga deum, ut cognoscant Misericordia errare, quum dogmatizant, fide duntaxat erga deum agi. Porro confer, ut cætera Pauli vitam (cuius formam aliquam Miletii reliquit, aliquam in epistola Corinth. 1. cap. 4. & 2. cap. 4. n. Philip. 1. & 1. Thessalo. 2.) cum vita nostrum Paulorū, & liquebit ita illā bo. operib. plenam fuisse, ut hanc malis.

**Cap. 23** Cognoscant hic quoq; conuersationem exteriorim ad deum usq; pertingere, & desinat dare coelo fidem tantum, terre opera. Idem cap. 24. Evidem magnæ probitatis est, coram Deo & hominibus in bona puraque conscientia conuarsi.

**Cap. 24** Euangelizat Felici & Drusille fidem Pauli vbi pedem non figit nec finit sermonem, sed disserit post Euangelium gratię dei, de iustitia, temperantia, & iudicio futuro, ut concionatorib. for

BONIS OPERIBVS. <sup>14</sup>  
ma præberetur, quæadmodum cap. 26. vbi cū pœ  
nitentia pœnitentiae opera docet.

EX EPISTOLA AD ROMA.

Primo statim & secundo capite , Epistolam  
oratorum more ingressus , exagitat cum Iudæis  
Græcos ob aliud nihil, q̄ quod designatis flagi  
tis, nollent culpam agnoscere & pœnitere, pro  
pterea eam imponenit. certo fecuturum iudicium  
in die iræ. Inde mox ascendens obiter prædicat  
Ethicę legis opera tam in Iudeis q̄ Græcis.

Qui redditurus est vnicuiq; secundum facta Cap.  
sua, his quidem per patientiam boni operis glo  
riam & honorem & immortalitatem querunt,  
vitam æternam &c. Sic docuerunt de operibus  
omnes prophete, Magister, Apostoli, apostolici,  
Episcopi, Scriptores vsque ad maiores nostros.  
Quare amentes simus , si nunc diuersam ab hac  
doctrinam persuaderi nobis sinamus, vel ipsum  
ē cœlis delapsum Gabrielem.

Non qui audiunt legem, iusti sunt apud deū,  
sed qui legem factis exprimunt iusti habebuntur  
Factores legis hic iustificari scribit, quū alioqui  
neget esse ē lege iustitiam. Respondeo. Alibi  
loquitur de legalibus quæ Euangelizatores Iu  
daici (Sic enim vocat illos Tertul.) ceu necessaria  
in Ecclesiam ingerebant , & item de mortalibus  
videlicet ante fidem, at hic de lege dei loquitur,  
qua docemur bene agere, vnde præmittit, auditō  
res, quod multi soleant audire, pauci facere. Item  
præmittit: qui in lege pecca. per legē iudicabunt  
Ad hęc cōnectit de gētib. q̄ naturaliter habēt que  
legis sunt, vt videoas hunc locū de morali solū in  
telligi oportere. Atq; hic demū facit Paulus cum  
Iacob

## L O C I , D E Iacobiana episto.

Si præputium iustificationes legis seruauerit &c. Persuasum mihi est, vocabulum legis pollysemon esse. Alibi enim significat pentateuchum modo, & hoc peculiarius, Iudæis etiam suffragantibus quando ha Thora crepant, alibi totū vetus test. vt. i. Corinth. 14. in lege scriptum est, &c. cum sit in Esaia secundum. LXX. alibi signifacat præceptum vnum è lege, id est libro legum Mosaicarum, alibi simpliciter verbum dei, alibi habet & Christus legem. i. Corinthior. 9. Galath. 6. In Paulo nostro iam legalia duntur taxat, quæ passim vocat opera legis, iam moralia tantum, vt proximo loco & infra cap. 7. & 13. Iam simul legalia & moralia complectitur, licet hoc perq̄ raro. Vtraq̄ sentit Philip. 3. in iustitia legis &c. & Titi. 3. Nō per opera iustitiae quæ fecimus. 2. Timo. 1. nō secundū opera nostra etc. Proinde necesse habent Theologi, vt accurate distinguant, quid quo loco vocet legem Apostolus. Lex per Euangelium abrogatur Hebr. & lex per Euangelium stabilitur Roma. 3. Nisi igitur distinguas inter legem & legem aut in Manichæi aut in Ebionis spermologiā imprudens incidet. Cæterū adnotato loco iustificationes legis ad Ethicam pertinet. Loquitur enim de incircuncisis, q̄ facientes legem, circuncisis anteferuntur. Vtробique lex est, Sed præputij prestantior, quia Ethica, & ea pars legis, verbo gratiæ stabilita, adhuc viget. Huc pertinet, quod virtutes grauiora legis appellat in Euangeliō dominus. Verum ut maxime sentiat Apostolus totam legem, videlicet ceremonialem & moralem, quoties opera legis dicit, non repugnat tamen orthodoxæ doctrinæ, quandoquidem aut contra Israelitas tonat, q̄ respues-

## BONIS OPERIBVS.

55

respuebant fidem Euangelicā, vissi sibi citra hanc iusti eo quod sectarentur legem iustitiae, suam iustitiam siue opera legis Rom. 9.10. aut contra eos fulgurat, qui etiam absq; fide Iesu iustitiam ex lege habere posse Iudeos fratres arbitrabātur, quā q; ipsi, iam credentes, ē fide sua, non ē morali lege ante facta, iusti habitu fuerant, vtcung; sibi legis merito ad Gratiam peruenisse videbantur. Atq; nec ita viceris, si vel iniquum donem.

Hoc toto cap. clariss. patet, in hoc apparuisse Cap. 6  
Gratiam saluatoris, vt declinemus à malo, & faciamus bonum. Damnatur itaq; secta & de falso Euangelio, & de carnali vita. Debebat hęc, si sa pereret, in hoc cap. et huius similib. potiss. versari, vt ad emendationem morum ædificaretur, & non consenescere velut ad Sirenum scopulos, in pugna Iudaica, Cuius bona pars nobis nihil negotij exhibet. Catholicī vtuntur hoc capi. in doctrina Baptismi & Christianę circuncisionis, item priore parte sequentis sept. Cuius sensus est: Viri fratres à Mose liberati estis, sed Christo emancipati, ne putetis licentiam esse libertatem. Moses exegit à vobis seruitutem, exigit Christus quoque seruitutem, licet disparem. Hic noua omnia, nouus spiritus, nouus homo, noua creatura, cuiusmodi cum per Regenerationem facti estis, seruire & fructificare deo debetis, abundantius etiam q; antea sub vetusto ac literali Mo se. Nota autem fructificare Deo esse rectas actiones deo digni, interprete Vulgario. Hoc illud est quod toties mihi volo, Nempe bo. opera deo fieri, à quo & fiunt in nobis & rependuntur nobis Huic sept. Adiice aliquot periodos octauī cap. Cap. 7  
contra vitam veteris Adæ, quæ prō nephias, prō nostram fidem, rerum nunc in Ecclesia non sua potitur.

## LOCI, DE

potitur.

**Cap. 12** Rationalis cultus dei consistit in correctio-  
ne prauorum morum . Libet hoc non nihil Ori-  
genicum afferre . Si quis superbiam corporis sui  
vincat , is imolat vitulum : Si iracundiam superet  
arietem : si libidinem , in holocaustum offert hircū  
Si vagos cogitatus resecet , columbas & turtu-  
res . Breuiter hostia viuens sancta deo placens ,  
corpus est incontaminatum . Hec ille . Hoc sacrificii  
cij genus aut est necessarium ad vitam , aut nō ne-  
cessarium . Si est necessarium , pudebit secta cum  
dogmate . Si non necessarium , indifferens est . Si  
indifferens , licebit in peccatis manere contra ,  
Roma . 6. Catholica anima Paulum audiat signi-  
ficantissime pr̄cipientem . Ne συχνατικεοθε  
seculo huic , sed φεταμορφοῦσθε per renouatio-  
nem sensus vestri , ut probetis quae sit voluntas  
dei , quod bonum acceptumq; & perfectum sit ,  
id est , Curate ut Christianis sitis operetenus .

**Cap. 13** Nā praterit tempus peccandi , ceu atra nox ,  
Tempus vero bene operandi per Euangelium  
illuxit . Quare abicite opera tenebrarum & in  
diuini ceu arma opera lucis , vt ἐυχαριστωσ .  
Conuersemī , dum dies est , quo cum venerit  
dies tenebrarum & caliginis , Sopho . 1. dies visi-  
tationis & retributionis . Ose . 9. fiduciam habeas  
tis . 1. Ioan . 4 .

**Cap. 14** Qui in his (iustitia , pace , gaudio spiritus ) ser-  
uit Christo , acceptus est Deo & probatus homi-  
nibus saepe in literis apostolicis inuenire est , seru-  
tus dei & Christi , ut noua libertas (quod Saxon-  
icum venenum orbi propinarunt noui apostoli ) ad saxum veritatis allisa frangeretur . Proximo  
per charitatem seruendū esse concesserūt ē quin-  
to ad

## BONIS OPERIBVS.

56

to ad Gal. compulsi, quidem etiam monuerunt,  
sed omnes æque horrent, si dicas Servire Christo  
oportere liberos. In seruitutē legis nemo quenq;  
in ecclesia redigit, quod olim faciebant pseudapo  
stoli. 2. Cor. ii. Gal. 2.5.

Debet & hæ(gētes) in carnalib. ministrare Cap. 15  
pauperib. sc̄is. Debitū nostrū est, vt bene erga  
fratres et sorores in Christo operemur. Huc per  
tinent loci: Debetis alter altetius lauare pedes,  
Ioan. 13. Et Roma. 13. 1. Joan. 4. Nemini quicq; de  
beatis nisi vt diligatis inuicē. Hoc debitum a no  
bis poscit, cui debemus omnia.

## EX PRIORE CORINTH.

Apparet exordio, Christianos inculpatos est Cap. 1  
se debere in die, siue in diem. Philipp. 1. Domini  
nostrī Iesu Christi. Pertinet vero hoc ad exterio  
rem conuersationē, de qua tēpore iudicij gaude  
bunt qui tēpore gratiē in ea præcelluerunt.

Quę oculus non vidit &c. præparauit deus  
diligentib. se. Locum hunc in Esaia vidimus. Cap. 2  
Crebro monendi sumus de re omnium certissi  
ma atq; saluber. vita æter. præparata est diligen  
tib. deum, non credentib. solum.

Non in verbo regnum dei est, sed in virtute. Cap. 4  
Nisi hoc Paulus diceret, blasphemum iudicare  
tur ab ijs quorum res tota in verbo, concione,  
garritu, atramento consistit. Virtute id est, vt ex  
acte Erasmus, vi cœlesti, quæ cōcordia, malorū  
tolerantia, & totius vitę innocētia declarat. Vale  
tinian⁹ Imp. episcopos monuisse legi, vt præse  
sent ὁ λόγος μόνος, ἀλλὰ καὶ Βιώ Iustinus audi  
tor Apostolorum ad gētes sic ait, Non in verbis  
sed in factis versantur res Religionis nostræ. Si  
Philosophia mundi huius, Seneca teste ad Lu  
cili, non dicere sed facere docet, & totam hanc  
Socra

## LOCI, DE

Socrates ad mores reuocauit, quāto veri⁹ isthuc philosophia Christi? Gorgias aliquando pertrans de concordie laude male audiūt à Melātho. q̄ ipse domi suę concordiam inter pauculos non haberet. Eudemonidas in Academia Xenocra- tem videns de virtute philosophantem : Quādo inquit, vt tetur ea? Panthydas item cum audiret philosophos de reb.grauib. disputare ait : Ser- mones isti nihil vtiles sunt, nisi ihs utamini. Hinc illud Laconis est, qui Athenienses honesta scire sed non facere dixit. In hanc sententiam nihil po- tuit consummatius dici, q̄ quod ab Euripide votū est, quando sic inquit: Utinam miserum mortali- um genus elingue sit, resq; ipsæ pro voce homini- bus sint. Quæ memorauit, vt à paganis semipa- gani discamus, quandoquidem scholam Christi fere pertæsi sumus.

**Cap. 5** Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. Hoc Euangelium est. Itaq; festum ce- lebremus in azymis sinceritatis & veritatis. Hæc parænesis est, Euangelio contigua. Sermo nis consequentia inferunt: Christus pro nobis mortuus est, Ergo posita malicia, sinceri veric⁹ simus. Sic cap. 6. auocat à peccando Nam, inqui- ens, empti estis precio. Q. d. R edēpti estis, quia peccaueratis, non vt peccetis, aut vobis peccan- do palpetis. Sic Gala. 1. vt eriperet nos &c. sic Ephe. 5. scriptū trad. vt purifica. &c. Sic Coloff. 1. per mortem, vt exhib. nos sanctos &c. Ad quē modum Titi. 2. Qui ded. seipſ. pro nob. vt red. & purifica. &c. Rursum. 2. Cor. 5. Pro omnibus mor. vt qui viuit etc. Nostri globi his gaudent epiphoris: Christus pro nob. mortuus est, ergo liberi sumus ab onere, ergo peccantes non peri- mus, ergo inutilia sunt opera, ergo præcepta dei

nos

## BONIS. OPERIEVS.

nos non obligant ad gehennam, quia ea pro nobis impleuit Christus.

An nescitis, quod iniusti Reg. dei non consequentur? Quos vocet iniustos, mox exprimit, Nimirum flagitosos. Audin vero tu Luterista crassa peccata (quorū scripturā rationem habere negas qn & mundus ea dānet) prohibere credentes à cœli limine. Idem ad Eph. et Gal.

Circuncisio nihil est & præputium nihil est, Cap. 7 sed obseruatio præceptorum dei. Quorum hæc Paule? Sunt ne aliquid opera legis, que tu toties rejecis? Aut igitur aliud est, cum ait opera legis, & aliud, cū ait obseruatio præceptorum dei, aut tibi ipse non constas? At qui tibi constas. Proinde aliud est opus legis, aliud obseruatio præceptorum quorū illud nihil est, te ita dicete, hoc vero aliqd est. Intellexistis hęc omnia?

Sic currite ut apprehendatis. Quid' vitam aeter. ita enim sequitur. In stadio Ecclesiæ currere per merita: quæ Christi merito valent: ad heredita. possidendum. Sic Beda: Nobis currēdum est, sed in via. Qui præter viam currit, inaniter currit. Via per quam curritur, Christus est, per illum curris, ad illum curris, in ipso requiescis. Hæc ille ex Augusti. Extra stadium Ecclesiæ non curratur. Aut si curritur, hic rependitur. Quemadmodum Romanorum virtutibus honorem & temporale bonum repensum fuisse Augustinus in civitate sua existimat.

Si linguis hominum loquar & angelorum, Cap. 3 & si omnem fidem habeā, Charitatē autē nō habeā, nihil sum. Preconium charitatis post se relinquit omnia. Frustra credis, frustra fidis, frustra Euangelizas, Si ἀνυπόκειτο Charitatem dei & proximi a spiritu datore non habeas, si secundum

H dum

L O C I, D E  
dum charitatem non ambules, si per charitatem  
fraternitatí non seruas.

Nunc autem manet fides, spes, charitas, Tría  
hęc. Sed maior horum charitas. Non tutum est  
hac xeritate, qua sola fides regnat, isthuc palam con-  
fiteri. Sed audemus maius quiddam, Deus chari-  
tas est. 1. Ioan. 2. Nusq̄ legitur. Deus fides est. Itē  
Charitas est perfectionis vinculum, non fides,  
Colof. 3. Charitas est finis præcepti Mosaici, nō  
fides. 1. Timo. 1. Porro quanti fidem sua in classe  
faciamus, alibi testificatus sum. Non me pudet  
Euangelij. Amo cum Paulo loqui, amo cū Paulo  
tacere. Fateor mihi placere sacras literas, à stylo  
scribarum recentiorum illætas. Si id peccare est,  
fateor id quoq;.

**Cap. 15** Abundantes in opere dñi semper, sciētes q̄  
labor vester non est inanis in dño. Operemini  
domino, laborate, sudate in Ecclesiastica vinea,  
merces vestra est in cœlis. Nam nisi esset reuiu-  
scentia mortuorū, in vanū et laboraretis et certa-  
retis. Atqui est reuiuiscentia, Certum igitur bra-  
bion strenue currentib. polliceor.

**Cap. 16** Si quis non diligit dominum Iesum Christū  
sit anathema, Maran atha. Epistola in doctrinam  
charitatis definit, vt pote quam vsq; adeo per om-  
nia attollat. Maledictoni extremæ deuouet non  
diligentes Christum. Iam qui hunc non diligunt  
nec proximum diligunt. Qui proximum non di-  
ligunt, non bene operantur erga proximum. Fit  
igitur, vt qui non bene operetur, deuotioni ana-  
thematis reddatur obnoxius, Iuxta Psal. 118. Ma-  
ledicti qui declinant à mandatis tuis.

EX POSTER. COR.

**Cap. 1.** Gloriatio nostra hęc est, testimonium consci-  
entiae nostræ, quod cum simplicitate &c. Perio-  
dus\*

# BONIS OPERIBVS.

58

dus hæc ad conuersationem spectat, de qua gloriari non vno in loco solet Apostolus. Vide Act. 23.24. 2. Timot. i. sic commemorat. i. Thess. 2. q̄d sancte & iuste apud illos vixerit. Ad hanc vero gloriationem adigit sanctos potestas tenebrarū aduersaria. Qua sequente subit piorum conscientiis vitæ inculpabiliter ætæ recordatio, vnde haud mediocrem consolationem, nec abiectam fiduciam in aduersis accipiunt. Sic gloriatus est de bonę vitę conscientia, etiam coram deo Moses Nume. 16. Dñe tu scis &c. præter hunc Samuel. 1. Reg. 12. Qui ipse quoq; deum testem suę cōversationis inuocat, & eam fiduciam illi suę ipsius conscientiæ testimonium addidit. Job item cap. 31. Dauid in psalmis s̄epissime. Et Ezechias Esa. 32. Memento dñe quomodo coram te ambulauī &c. Et Hieremias cap. 18. Recordare dñe, quod steterim &c.

Momentanea leuitas afflictionis nostrę mire Cap. 4 supra modum aeternum pondus glorię operatur nobis &c. Fructum tribulationis tranquillum. Heb. 11. eternā gloriā fore permittit in Paulo Spūs Hac immortalitatis gloriam, quā præcedit mortalis ignominia καὶ ὑπέβολύμ ἐις ὑπέβολύμ, id est ineffabilem facit. Vehementer optatā crux, quæ tanta gloria dignos reddit sui baiulos. Hęc sententia Roma. 8. sic enarratur: Siquidē cū Christo compatimur, vt & vna cum illo glorificemur. Et. 2. Timo. 2. Si cōpatimur, & cōregnabimus. Huc illud quoq; apud Lucā refertur: Beati qui fletis, quoniā ridebitis. Labore paratur res quietes. Et tristitia venitur ad gaudium. A calvaria iter est ad paradisum Christifidelib.

Quapropter contendimus siue domis siue foris peregre agētes, vt deo placeamus. Ocs enim

H 2 nos

## LOC I, DE

nos manifestari oportet coram tribunal Christi  
vt reportet unusquisq; ea quæ fiunt per corpus.  
iuxta id quod fecit, siue bonum siue malum. Hęc  
profecto credentib. & vere Euangelicis Corinthijs scripsit, vt locus non sit tergiuersationi. Si  
hoc terrore domini non terremini, vt schismatici  
a dogmate simul & conuersatione resipiatis, nō  
terrebimini, si quidam vestratum a mortuis resur  
gentes, tale nuncient. Christus pro omnibus  
mortuus est, vt qui viuunt posthac non sibi vi  
uant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurre  
xit. Habes hic quoq; quod supra monui, mor  
tem Christi caussam esse debere, cur, a malis ab  
luti, bonis posthac vacemus operib. Ille morte  
sua vitam nostram quæsiuit, et sibi eam demeruit  
astrinxitq;. Est æquiss. permutatio, Christus no  
bis mortuus est, vt nos illi viueremus. Placet il  
lius mors, placeat illi vicissim nostra vita. In cor  
pore mortali mortificatoq; illi nūc viuamus, vt  
in corpore immortali cum illo viuamus.

**Cap. 6** Ecce nunc dies salutis, Ne quam usquam de  
mus offensionem &c. Sed commendemus nos  
ipsos vt Dei ministri in tolerantia multa, in afflis  
tio, in labori, in vigilijs, in ieiunijs Lege cetera.  
Palam facit, tempus Euangelicę gratiæ, tempus  
Christianę vitę & bonorum esse operum. Euan  
gelium ortū est in mūdo malo, vt ex hoc delecti  
mali, boni fiant & bonarū actionum zelotæ.

**Cap. 7** Habentes igitur promissio: Charissimi mun  
demus nosipso ab omni inquinamento carnis  
& spiritus, perficientes sanctimoniam in timore  
Dei. Schisma κακῶς πάχει quoties sanctimoniae  
mentionem fieri audit, quippe contentum, quod  
Christus sanctimoniam perfecit. Quare si is per  
fecit, irritum est, si tu quid conere. Sic igitur  
emenda

## BONIS OPERIBVS

59

emendabitur diuinitus inspirata scriptura: Habē  
tes promissiones Chariss. non mundemus nos  
ab omni inquinamento carnis , quia non possumus,  
nec opus est, Christus enim qui potuit per  
fecit sanctimoniam nostro nomine . Ad hanc  
normam corrigere illud in Petro ē Leuitico: Ne  
sancti estote, quoniam ego sanctus sum, ait domi-  
nus, & id genus plurima . Quod ego ἐργάζομαι  
dixi, ut saltem hac via aliquid apud valde ironi-  
cos istos proficiam.

Illud autem dico: Qui seminat parciter, parcit  
ter & messurus est, Et q̄ seminat in benignis col-  
lationib. &c. Hic semina frater, ut illic metas. Se-  
minantur vero opera, metitur vita æterna. Gal.  
6. Hic euntes imus, & flemus mittentes semina  
nostra. Venientes autem veniemus (ad cœcum-  
ticum iudicium) cum exultatione, portantes ma-  
nipulos nostros. Psal. 125.

Cap. 9

## EX GALAT.

Qui dedit seipsum pro peccatis nostris, vt es Cap. 1.  
riperet nos ex presenti seculo malo. Iterum atq;  
iterum infigit animis nostris , alteram dominicæ  
mortis causam , præuidens nimirum in spiritu,  
obiter ingressuros spurcos Gratiae prophanato-  
res, quorum blandiloquentia & cauponatione  
vetus disciplina rueret. Mors Christi deterrere  
te debebat, ne peccares, & tu hac fretus peccas,  
nec te peccasse pœnitet. Christus mortuus est  
pro peccatis nostris, ne peccare pergamus . Hoc  
sentit ibi Paulus. Præcio sanguinis sui redemit  
nos de hoc seculo (quod peccata malum efficiunt)  
Atq; adeo eripuit, ne in posterum in malo secu-  
lo mali simus, ne iuxta sæculum & eius deside-  
ria vivamus, Sed ab hoc liberati saluatiq; gratis  
per fidem, accepto spiritu, liberatori in omni bono

H ; opere

## LOCI, DE

opere seruiamus. E præsenti sæculo malo per mortem crucis erepti sumus credentes, non ut in eo non viuamus, sed ne illi, ne secundum illud ne ad voluntatem aut cursum illius viuamus. Mors crucis facit, ut mundum crucifigi oporteat nobis, et nos mundo, ac fiat, ut mortui in mortuo mundo reliquum vitæ tempus consumamus. Præstat hæc ereptio, ut nunc liberti mundi simus, & siamus serui dei, vtq; libertini peccati simus, & siamus serui iustitiae. Roman. 6. 7. 8. 1. Petr. 2. Cur hoc tam scitu necessarium cum Paulo infigere non infigam?

**Cap. 5.** In Christo Iesu neq; circuncisio neq; prepuitium valet, sed fides per dilectionem operans. Hoc cap. charitatē magis q; fidem docet Apostolus, charitatem inq; ut quę legem Christi impletat, & citra quam fides vel efficaciss. nihil valeat, dices: Fidei energiam tribuit, Respōdeo, tribuit, sed addita charitate, sine qua nulla est, si quam habet, energia. Charitas anima est fidei, igitur à charitate, siue, vt hic dicitur, per charitatē habet energiam fides.

Expecto Moniorum grunitus, quib. auditis, scripturarum collatione docebo, quid Apostolus energumenam fidem Gal. 5 salutem. 2. Corin. 1. Vitam ibidem, operationem Coloss. 1. & Iaco. orationem &c. Cap. 5. vocet, & attentabo, num Saturni falcem & Tinediam bipennem, qua omnia dissecunt, hebetare possim. Nam si hunc locū (quem si nesciunt, nunc ego illis. commonstro) amiserint, maximam partem dogmatij amiserunt.

Quoniā vero de libertate hac in epistola postiss. loquitur Paulus, et parum firmi eam in suam perniciem torquēt, paucis accipe quid sit libertas

Sacra

## BONIS OPERIBVS.

68

Sacrae litteræ de triplici libertate cōminiscuntur:  
Vna corporum, reliquæ animorum. Prima est,  
qua olim liberi erant serui anno septimo. Exod. 21  
De hac libertate Hieremias cap. 34. Hanc liberta-  
tem item sentit Apostolus, i. Cor. 7. Et ubi libe-  
rorum mentionem interspargit videlicet, i. Cor.  
11. Gal. 3. Ephes. 5. Huius generis libertas est, de  
qua apud Matthēum cap. 17. Igitur filij sunt libe-  
ri. Nam filij regum patrib. non pendunt tributū  
quippe immunes. Altera vera illa libertas est, &  
nostra, Nempe qua liberi sumus à seruanda Mo-  
silege, & gentes, & Iudei, ita ut utroscq; non ob-  
stringat, nec inducat iram maledictionis, De hac  
libertate Ioan. 8. Si vos filius libera; Item i. Cor.  
10. i. Cor. 3. Gal. 2. 4. 5. i. Petr. 2. Tertium liberta-  
tis genus, est qua liberi sumus à peccato, ut serui  
iustitiae sumus. Roma. 6

Quicquid seminauerit homo, hoc & metet, Cap. 6  
Nam qui seminat in carnem suam, de carne me-  
tet corruptionē. Sed qui seminat in spiritū, de spū  
metet vitam æternam. Bonum autē faciendo ne  
defatigemur. Tempore enim suo metemus non  
defatigati. Itaq; dum tempus habemus, opere-  
mur bonum &c. Sensus est, Sicut feceris fieri ti-  
bi. Da & dabitur tibi in sūnu tuo mensura bona,  
conclusa, referta. Non inanis est labor, non perit  
beneficentia. Mellis opulentiss. æterne vitę satis  
ac super omnia remunerabit, vñscq; ad poculum  
etiam frigidę aquulę. Inuicem alij aliorum onera  
portate, & sic complete legem Christi. Vno sal-  
tu bis peccas Paule, partim quod Christo le-  
gem tribuis, partim quod eam complere nos iu-  
bes. Nam Christo & legi nihil, dein nemo po-  
test complere legem. Hoc dixi sumpta persona  
Luterani cuiuspiam.

H 4

Ex Ephe.

L O C I , D E  
EX EPHES.

**Cap.1.** Electionem Christianorum ad sanctos mo-  
res & opera charitatis ceu in finem suum tende-  
re, palam ibi legis,

**Cap.2** Legis & hic Christianos, ab ijs qui ante fue-  
rant mutatos esse debere, Nam propterea fuisse  
ad Regni consortium vocatos. Exi ac abiecto vetu-  
stas debet, instar serpentis pellis, & suspiranda  
Aquila renouatio. In via peccati venimus a mun-  
do ad ecclesiam, sed curandum, ne illuc redeamus  
Magi chaldei doceant nos, qui Christo cognito  
per aliam viam reuersi sunt. Sic nos a prioris vi-  
te itinere abstinentes, meliore via ad paradisum  
contendamus, q ad ecclesiam primū accessimur.  
Conditi sumus in Christo Iesu ad opera bona,  
que preparauit deus, ut in eis ambularemus. In-  
telligis creatos & recreatos nos esse ad perfectio-  
nem bonorum operum. De prima creatio exponit Ba-  
silis, de secunda, videlicet spirituali, Theophyla.  
vt scias utramq nostri conditionem exigere bo-  
na opera. Veriss. Theophy. Post fidem, inquit,  
susceptam, operibus opus est. datum est cœlum,  
sed recte factis ad id eniti oportet. Cap. 4.5. et. 6.  
occupatur operū morumq adhortationib. quas  
utinam sic legerent Ergomachi ut legunt dispu-  
tatio. aduersus opera legis. Que ad nos ē pagani-  
tate conuersos propriè pertinet, ferè negligimus  
de alienis interim curiosi, id scilicet est iuxta Co-  
micum foris, non domi sapere. Sufficiebat semel  
exacte dīdicisse ac nosse libertatem gentium a Mo-  
ysi iugo, at in doctrina euangelice innocentiae affi-  
duos esse conueniebat, quandoquidem scriptura  
hac in parte frequentior est. Q., si vñq adeo expu-  
gnare pergent paræneticam, video epitaphio fo-  
re opus, tā vitę Christianęq Christianis operib.

Hos

## BONIS OPERIBVS.

Hos capítū scopos obserua: dico & obtestor per dominum ,ne posthac ambuletis, sicut reliquæ gentes &c. Vos autē non sic Christū didicistis vbi claret, Christum siue euangelium eō discere oportere nos, vt per iustit. & sanctitatē veram, in nouitate vitæ conuersemur. Sitis imitatores dei tanquam filij dilecti &c. Nunc estis lux in dño, vt filij lucis ambulate &c.

Sciētes q̄ vniusquisque quod fecerit boni, hoc Cap. 6 reportabit à Deo. Colos. 3. Scientes quod à domino recipietis mercedem hæreditatis. Nota sententia est. Da Christe, vt verbum tuum capiat in nobis, ad fructificandum deo. Da Christe, da quæso. Nam tempus breve est, & nos velut vmbra fugimus.

## EX PHILIP.

Quemadmodum. 1. Cor. 1. Sic hic quoque Cap. 1 vult, vt inculpati syncerique simus, ad diem dñi, Imò vt fructu iustitiae repleti in isto die simus. Audis opus nobis fore iustitiae operib. quando statuemur ad tribunal Christi. Idem. 1. Thessa. 3. & .5. 1. Thimoth. 6. O vnicē necessaria solicitude

Tantum digne Euangeliō Christi conuersemini. Prædictor gentium nusquam dicit, ad eos qui non operantur, Tantum credite, sed ad eos qui credunt dicit: Tantum euangelixw̄ viuite. Quid: hoc ipso capite refragatur solius fidei fabricatorib. quum dicit: Vobis donatū est pro Christo, non solum in ipsum credere, verum etiam pro illo pati. Proinde nemo clamatorum tibi illud eripiat: Nempe, tantum, fidei adimi & operib. ascribi, quæ tamen credentium sunt, Ceterum vtitur hic verbo insigniore, dum affectat nobis maiore in modū cōmendare externæ conversationis studiū. Respicit vero huc, vt impe-

H s tret,

## L O C I , D E

cret, politiam non Ethnicam sed Euangelicā. Cupit differre politiam Christianorum ī politia paganorum. Sicut differt nostra ab ipsorum philosophia, & nostrae Ecclesiæ ab ipsorum Muskaeis. Nam ita est voluntas Dei. Ephe. 4. Admonet digne vocatione nostra Colos. 1. Et digne Deo. 1 Thes. 2. Ambulandum ihs esse, qui fide in album filiorum Dei relati sunt

**Cap. 2** Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operemini, id est, ita viuatis, ut ea quæ faciunt ad vestram salutē operemini. Theophyl. Apud Ioānem iubemur operari cibum, qui perdurerit in vitam æter. Eodem sensu iubemur hic operari salutē eter. id est, eō referre quicquid aut agimus aut dicimus, ut apprehēdamus obtineamusque vitam in cœlis, promissam & Agni immaculati merito promeritam

**Cap. 3** Scopus operum nostrorum Brabion supernæ vocationis est, id est, vocati sumus in cœlum Euangelica prædicatione, illò tendimus, illic maneat nos palmi, quæ est merces hæreditatis

### EX COLOSSENS.

**Cap. 1** Precatio Apostolica ad deum, ut voluntate Dei percognita, ambulemus digne domino, atque huic placeamus in omni bono opere fructūferentes &c. Non auditur Paulus his in locis, quia nullibi minus Euangelista est, nec quid ab eo præter Euangelion requiritur. Vitam deo dignam à nobis exigere, est aquam è pumice àque caluo capillitium postulare. Filius deo digne vivit, cuius vitam ipse nobis donauit, ut iudici vitam deo dignam postulaturo dicamus: Tu pro nobis digne deo vixisti. Qua satisfactione accepta, à ventura ira tuti nos, in cœlum pernices inuolabimus. Nam non de factis cognitor ac iudex est,

## BONIS OPERIBVS.

62

est, sed de fide nostra. Quare nos debemus crede  
re tantū promissione & fidere misericordia, Chri-  
stus debet facere. Tali χριστολογία seduxerunt  
corda simplicium Germanorum apostatici veris-  
us quam apostolici præcones, quorum Euange-  
lion a vero Evangelio dissonat, non diatesseron,  
quale erat Tatiani, sed dis dia pason

Aliud. Nunc autem reconciliaui vos in cor-  
pore carnis suæ per mortem, Ut exhiberet vos  
sanctos & irreprehensibiles & inculpatos in  
conspectu suo. Supra locos consentientes e Pau-  
lo aggressi, quib. hic, & quo illi genuine enar-  
rentur. Chrestologi mortem & sanguinē Chri-  
sti peccatis alēdis predicāt, Theologī vero tollē-  
dis. Illi tantū utuntur morte Christi ad consola-  
tionem non penitentium (quos non habent, aut  
si habent, non sunt sui) Sed impenitentium, i.e ve-  
ro partim ad consolationem vere matureque poe-  
nitentium, partim ad monitionem siue exhorta-  
tionem sanctorum morum, sicut hic & supra le-  
gis. Tantum discriminēt inter Catholicos &  
Luderanos.

Sicut igitur accepistis Christum Iesum do-  
minus, ita in eo ambulate. Idem cum Ephes. 4.  
vos autem non sic didicistis Christum &c. Aper-  
te exigit, ut qui Christum in Euāgelio didicerūt  
Christum in fide acceperunt, Christum in gra-  
tia cognouerunt, Christum in baptismo indu-  
runt, secundum Christum viuant, ad exemplum  
Christi ambulent, vestigia Christi insequantur,  
voluntatem Christi faciant. Hanc veritatem sta-  
biliri audiēmus in Cano. Ioannis.

Eripuit nos benedictus ille a potestate tene-  
brarum et translulit in regnum suum, ut terre-  
stria, mundana, animalia, carnalia, diabolica vehe-  
men-

## LOCI, DE

menter ab animo contemnentes, superna quaera-  
mus, ac coelestia curemus, ut hoc mundo vtamur  
tanq; non vtentes, & de patriæ ciuitatis manen-  
tis, possessione ac fruitione cogitemus.

### EX PRIORE THESSALO.

**Cap.1** Non in verbo solum, verum etiam in virtute  
Quod alios docuit i. Corint. 4. Ipse opere verū  
facit. Hortatur, & prgit verus doctor.

**Cap.2** Ut ambuletis digne deo, qui vocauit vos in  
Reg. suum et gloriam. Vbiq; vides Gratiae p̄ræ-  
dicatione hoc agere Apostolum, ut mores for-  
met, non solum ut lætum afferat nuncium. Qui  
vocati sumus ad regnum gloriae Magni dei, gra-  
tia est, sed ea vocatio gratiosa requirit vitā Chri-  
stianam & opera bona, vitam & opera inquam  
dignatā vocatione munifica, quām vocante deo

**Cap.4** Quemadmodum accepistis à nobis, quomo-  
do oporteat vos ambulare, & placere deo, ut  
abundetis magis &c. Lege quæ sequuntur. Ali-  
bia audis, debere nos, hic oportere nos recte face-  
re. Nescio si quid tam cōfisiæ veritati addi possit

Non vocauit nos deus ad immundiciam sed  
ad sanctimoniam. Venit enim filius dei vocare  
peccatores ad pœnitentiam, non ad licentiam.  
Vocauit immundos ut mundi fiamus, & mun-  
di apparitionem iudicis ē cœlo expectemus. Tri-  
tum est in Paulo, Εὐχαρόω; ambulandum

**Cap.5** Non constituit nos deus, ut iram nobis con-  
citemus, sed ut salutem consequamur per Chri-  
stum. Eandē sententiam aduersum operum car-  
nifices probe munit. Peccatores iram, operarij sa-  
lutem consequimur per Christum qui via est.  
Vbi ergo sunt qui in medio flagitiorū barathro  
sibi æter, salutem pollicentur?

## BONIS OPERIBVS. EX POST. THESSA.

Persecutionem patientes digni habentur res Cap. 1  
gno Dei, cuius gratia etiam patiuntur. Textum  
torquere potes, negare non potes. Crux & ve-  
xatio dignos facit nos, aut certe facit ut digni fia-  
mus regno gloriæ, sicut bonum opus vigiliæ &  
orationis quoque Lucæ. 21, vtробique idē in græ-  
co. Aliud. Qui non obedierunt Euangelio, pœnā  
Iuent interitum æter. Non dicit: qui non audie-  
runt Euangelium. Quid vero sibi velit obedien-  
di verbum. cap. 3. vides: Si quis non obedit ser-  
moni nostro &c. Hic iterum legis electos esse  
nos in salutem, & vocatos in acquisitionem glos-  
riæ. In fine huius cap. precatur, ut electi ac vo-  
ti stabiliantur in omni sermone & opere bono

Cap. 2

## EX PRIORE TIMOTH.

Finis precepti est charitas &c. Eo omnia Cap. 1  
vrget lex Mosi, ut charitas atque amicitia in po-  
pulo Dei vigeat. Idem Roma. 13. Gal. 5. Matt. 22.  
At non vulgaris charitas, sed eius hominis, qui  
sit puri cordis, bonæ cōsciētiæ & recte fidei. Sic  
sentit: Quid iactant nobis legem suam Iudæi fra-  
tres? Si amamus, legem seruamus

Nam hoc bonum est & acceptum coram sal Cap. 2  
uatore nostro. Quid obsecro? Vitam degere in  
pietate & honesta. Atqui hæc duo ad opera ten-  
dunt, quare ergo negat, Christo accepta esse ope-  
ra? Sic cap. 5. dicuntur opera viduae accepta esse  
coram Deo.

Profitentes pietatem per opera bona, Sunt  
qui longum separent à pietate opera, semet fallē-  
tes ex loco: Corporalis exercit. &c. Theophyl.  
Necessæ est, ut mulieres se rectis operib. ornent

Salua tamen fiet per generatio: filiorum, Si  
manserit in fide, Num sola adduntur dilectione,  
fan-

## L O C I, D E

Sanctificatione, castitate

Puras manus &c. Docent hodie sufficere ad orationem fidem, Paulus vero addit vitæ innocentiam.

**Cap. 4** Pietas promiss. habet vitæ præsentis & futuræ. Ad pietatem autem declarandam opera exteriora pertinere audisti, ad hæc iubetur Timotheus ut seipsum exerceat ad pietatem. Exercere vero foris fit, nec obstat locus de corporali exercita: ad pauca vtili, Nā hoc de Encraticis obseruatiorib. sentit quib. plus equo interiuiebat sui corporis crucifixor Timotheus. Tametsi eas non resūcit, Imo saepe laudat, & se in his excusisse iustat. Sed præfert pietatem. Hæc in fide ac vita, in nocturna atque diurna meditatione diuinæ legis ac in beneficentia liberali consistit. Tali per Paul. promittitur æterna vita. Tale faciens saluat se, aspice textum omnem.

**Cap. 5** Fidem abnegauit & est infideli deterior.

Quis? Non bene operans erga familiares erga domesticos fidei. Cæterum si nō bene operans, aut qui deest officio suo, fidem abnegauit, infideli deterior factus, quanto magis fidem abnegat male operans. Si adamussim dicti huius res christianorum exigenda est, nolo dicere, quid de nobis iudicari oporteat. Parce Iesu, trāsforma nos ante obitum, ne in æternum pereamus.

**Cap. 6** Apprehende vitam æter. ad quam vocatus es. Agonizans per arctam viam nostræ Religionis prehende brabium. Sis iustus, pius, fidelis, amator, patiens, mansuetus, & accipies coronā. Vocatus es ut curras. Præfixum est brabium. Tuum est currere, acquirere, frui. Præcipue ut bene faciant, ut diuites sint in bonis operib. Syncere Christi

re Christianus ter diues est. Nempe diues fide  
Iacob. 2. diues erga deum. Lucæ. 12. & diues bo-  
nis operib. Germani totū hoc appellant: an der  
Sele reich. Turpe autem sit, Agesilaum genti-  
lem monere, ut ciues non pecunia sed virtute di-  
toscere studeant, nos vero præcipientem Pau-  
lum non audientes, nummis honestum postpo-  
nere. Porro operum diuitiæ, thesaurus solidus  
est, quo recondito apprehenditur vita æter. No-  
tabis, quod ait, ut apprehendant vit. æter. Allu-  
dit enim ad dicta domini, de thesauro in cœlum  
colligendo.

## EX POSTE. TIMOTH.

Bis precatur Onesiphori familiæ misericor- Cap. 1  
diam domini, maxime in die illo apud iudicem,  
propter refrigerium carceris. Beneficus Onesi-  
phorus, beneficium experitur deum. Misericor-  
dia misericordiam consequitur, Matth. 5.

Signaculū fundamēti ceu Epigrāma insignius Cap. 2  
magna cura attēdere cōuenit ne erremus. Errat  
autem, qui se dei esse arbitrantur, & tamē ab ini-  
quitate neque discedunt neque curant discedere,  
cum scriptum sit: Qui Christi sunt, carnem suam  
crucifix. &c. Nominas nomē Christi, dicis: Dñe  
domine. Canis: Iesus Christus nostra salus, glo-  
riaris in Euangelio, & non facis quæ dicit, sed  
Deum per transgressionem dehonestas ac bonā  
doctrinam infamas. Aut igitur ab iniuitate di-  
scede, aut à signaculo

Vt integer homo dei sit, ad omne bonum Cap. 3  
opus apparatus. Hic scripture finis, ut hominē  
Christianum doceat, redarguat, corrigat, institu-  
at, visque dum reddatur perfectus, adque omne  
opus bonū cōsumatus. Eō Ecclesia sacras literas  
præ-

## LOCI, DE

prædicat, legit, recitat, canit, ut fiat in omni bono opere & cultu dei sui absolutior. In hūc finē sunt disquirienda arcana, excutiendæ questio[n]es, scribendi cōmentarij, varijs linguis enarranda biblia

### Cap. 4

Audis coronam datum iri diligentib. aduentum domini. Iam hūc nemo diligit, nisi qui cum gemitu illum expectat. Nemo autem expectat, nisi qui in angusta via iustitiae per multas tribulationes agonizat. Promittitur ergo corona iustitiae iustis. Qui vero iusti, nisi qui operantur iustitiam? .. Ioan. 3.

## EX TIT.

Omnis in hoc est, ut mores ac facta doceat presbyteros, seniculos, anus, adolescentes, adolescentulas, seruos &c. Qualis enim Christianismus, sine Christianis moribus? Exige ad hanc formam morum, quæ fideles nunc delyrant & obstupescerunt.

### Cap. 1

Deum profitetur se scire, cæterum factis negant. Secta sui commodi cataseciatrix interpretatur, deum factus, id est, operib. cæterinalib. negari, cum mox sequatur, modis negetur. Facta vitæ improba belle dissimular, sibi nimirum conscientia, quod Euangelium an euangelicis factis negare & operib. tenebrarum obscurare non desinat. Exhorrescite ad hoc Pauli dictum vniuersi, qui in Eccelesia Christum profitentes, nō solum ad omne opus bonū reprobū, verum etiam ad omnē opus malū prompti estis

### Cap. 2

Apparuit enim gratia dei salutifera omnib. hominib. erudiens nos, ut abnegara impietate & mundanis desiderijs, sobrie, iuste & pie viuamus, &c. Prædicatur gratia salutifera. Vtique. Sed in quem finem? Nonne in hunc, ut ab huius apparitione solito probiores simus? Contemplatione cir-

## BONIS OPERIBVS.

63

re circumstātias. Versatur in parānesi seruorum, à qua assurgit ad p̄dicationē gratiæ, vt v̄l hinc illi ad officium pellicerentur. Huc facit causalis, enim, Et ne hæsites in re certa, repente delabitur ad exhortationē morum, ac gratiam illam Chri stianæ vitæ eruditricem facit, non eam, qua frēti, securi in veteri vita stetamus. Præterea definit tuba gratiæ in doctrinam operum, & concludit: Christum esse mortuū pro nobis, partim vt nos ab omni iniūitate redimeret, partim vt purifi caret sibi ipsi populum peculiarē, lectorum bo operum. Hæc loquor, & arguo Miseros cum omni imperio. Nemo iuuentutē meā despiciat. Beneficium mortis requirit à nobis tum fidem, tum opera. Atque non solum opera, verum etiā zelum operum, & solitudinē operum & præstantiam operum, Neque enim solum vult operari nos, Sed etiam καλῶν ἐργῶν προσασθαι, nec operarios modo, Sed & καλῶν ἐργῶν θηλῶ τας.

Eramus quondam & nos stulti, inobedientes, errantes, seruientes concupiscētis ac volupta. Cap., &c. At postquam bonitas & erga homines amor apparuit &c. Et hoc loco iactat gratiæ, vt erudiē tem bonæ vitæ. Nā initio capitilis monuerat de parendo, vtque ad omne bonum opus parati sint, in vitæ commercijs æqui, reminiscentes se quoque fuisse, quales adhuc gentiles sunt. Hinc ad gratiæ p̄econium euehitur, cui nimirum debetur, sensu morumque, si qua est, innovatio, sed ibi non sustinet gradum, Nam ad opera sua redit, p̄cipiens, credentes in cognitione gratiæ eo confirmandos, vt curen̄t operando p̄estare, vtque discant operando p̄estare, maxime erga domesticos fidei,

L O C I , D E  
EX PHILEMO.

Epistolion boni operis è charitate proficisciētis. Potro non cuiuslibet est , opere præcellere, quale hic memoratur, videlicet erga fugituum & suppilatorem seruum, in cuius caussa vterque ex æquo bene operatur. Paulus commendat mi serum, Philemon commendatum recipit. Vulgus nostrum non magnifice sentit de operibus huius formæ. Sed qui animam suam in vitam custodire vult , is sibi persuadeat, opera multiplicia, & ea ferè Deo gratiora esse, quæ ab vsu communi remotiora, non enim dicam , despectiora vulgo sunt. Verum è re Ecclesiæ videoi mihi facturus, si nominatim expressero, quæ opera bona Christoque accepta sint, non immemor horum, quæ supra accensui. Sunt autē: Deo vni per amorem incomparabilem adhærere, Christum filium ore cōfiteri, Spiritus sanctio obsequi, seipsum abnegare, denicare, contemnere, affectus Adæ crucifigere, offerre deo quod optimum habemus, nempe nosipso, ieiunare à peccatis, sabbatizare à flagitijs, intercedere pro omni creatura, My sticis scripturis studere, in ecclesiæ defensionem dona dei collocare, ecclesiæ irreprehensum praesē, peccatores conuertere aut saltem corripere, erga criminosos sequerum esse, ad criminā vel patrata vel memorata gemere, se à scelerosis separare, cum honestis conuersari, discordes concordes facere, preparare animam ad tentationes, discere bene mori. Hęc sui generis sunt, quib. adjice: dare, mutuum dare, ablatum aut repertum restituere, depositum, & pignus reddere, cæcum & peregrinum in viam ducere, decimas ministro dare, lapsum erigere, errantem reducere, spicas pauperi legendas relinquare , mendicos mensa accipere, vacuos non dimittere , aduenas suscipere, ama-

amare, iuuare, proximum imminentे periculo premonere, profugos tegere, pro proximo spōderē ad v̄lus necessarios, esculenta ac strata & grotis ac captiuis mittere, puerperis opē ferre, eos qui sub iugo sunt, & mercede laborantes pro fratrib. & sororib. habere, atque h̄dem adiūcere beneficiola v̄lra debitum, sollicitum cauere ne virgines ob paupertatem semet prostiuant, sed curare vt elocentur, remittere debitum ei qui non est soluendo, concedere de iure suo propter sarcendam pacem, accurrere ad opitulandum communib. pariter & priuatis malis, vias publicas construere, iusta statēra modio ac sextario vti, vendere ac emere secundum charitatem, paupertatis ratione habita, scandali, iræ & iurgij causas vitare, dona contemnere, salutare & honorare maxime contemptiores ac pauperiores, coram cano surgere, liberos proximi tui peccātes increpare, iuste iudicare, vera dicere, bene precari, omnia in partē meliorē interpretari, bona de quo uis dicere, mala tacere, pauperum causas gratis scribere, gratis agere, diuites sollicitare ad misericordias pauperū, cruciari ob penuriam pauperū, indolescere calamitati pauperū, esurire cum esurientib. frigere cum frigentib. miserescere capite plectendis, parcere & subiectis, his plura, quæ Charitas, operum omnium Magistra ac largitrix, in cordib. nostris per spiritum diffusa, indicat & ad indicata tacitis stimulis incitat. Adiunge hieratica h̄ec. adesse quādo baptizatur vt intercedas, adesse quando vicinus eucharistia cibatur, vt petas, precari ad mensam, legere familiæ sacra, elatū funus insequi, fodere sepulchrū, sepe lire, orare ad sepulchrū, amicos solari, sacra pro more venerari, veteres ritus Ecclesie cū alijs una nimiriter peragere, ab v̄su lecti nōnūq; abstinere,

## LOCI, DE

vestri digne dñō, signare crucis symbolo, largi-  
ri, si sit opus, ad conseruationē sacre eglis &c. Cō  
numera his omnib. quę supra Ionæ. 3. ordine suo  
retuli.

## EX HEBR E.

**Cap. 6** Non est iniustus deus, vt obliuiscatur ope-  
ris vestri & laboris ex charitate suscepiti, quam  
exhibuistis erga nomē illius, qui ministratis san-  
ctis & ministratis. Ad Philemo. dicitur benum  
fieri erga Christum, sicut hic erga nomen illius.  
Hic locus vehementer oppugnat operum con-  
temptores, & praevefecantes verbum dei

**Cap. 10** Cum habeamus sacerdotē mag. &c. in hoc  
vt prouocemus ad charitatē & bona opera. Ad  
Tit. de Zelo, hic de paroxysmo honorum ope-  
rum audis. Alterius opera debet me ad paria vel  
his maiora extimulare, vt ego illum operando  
vincam, ille viciſſim me. O piam & deo dignam  
inuidiam. Do keiner dem andern etwas zuvor  
gibt mit gut thuen.

**Cap. 11** Vbi voluntatem dei peregeritis, reportabi-  
tis promissionem. Promissio fide accipitur, ope-  
re possidetur. Sic cap. 11. Fide vicerunt reg. ope-  
rati sunt iustitia, adepti sunt promissiones. Mūdū  
fide vincimus. 1. Ioan. 4. Sed operib. iustitia, que  
tempore gratię facimus, adipisciſimur promissam  
hæreditatem. Hæreditas filiorum est, filij autem  
sumus per fidem & obedientiam, quorum alte-  
rum sine altero nihil valet.

**Cap. 12** Pacem sectemini cum omnib. & sanctimonī  
am, sine qua nemo videbit deum. Paulo ante di-  
xerat: Patrē spirituum nobis suam impartire san-  
ctimoniam, ne igitur eius dicti fiducia inflatus,  
de sanctis morib. nihil cogites, obdit repagulū.

Habemus gratię per quam seruiamus Deo,  
vt illi placeamus cum Reuerentia & Religio-  
ne.

## BONIS OPERIBVS.

67

ne. Seruire Deo, non naturę sed gratię est. In latrā sit reverentia, pudor, metus, cautio, ne offendatur maiestas Numinis.

Ex animo precatur, ut absoluti fiant in omni bono opere, ad faciendum voluntatem dei. Significat necessitatē eius rei, ad quam ego Christianum populum totis virib. inhortor, sciens terrorem domini

## EX IACOBO.

Beatus vir qui suffert tentationē, quia cum probatus fuerit, accipiet coronā vitę, quam promisit ihs qui se diligunt. Beata spes immortalitatis fidelium est, qui aduersitate tentātur & probantur, vel ad sanguinem usque, neque tamē separantur à dilectione dei in Christo  
Sitis factores verbi, non auditores tantum &c. Verbum dei propterea audire, legere, concionari debes ut facias ad salutem  
Factor operis beatus in suo facto erit. Religio pura & immaculata apud deum & patrem hęc est, inuisere orphanos & viduas in afflictione sua, immaculatum custodire seipsum à mūdo.

Quæ utilitas fratres mei, si fidem dicat alius quis habere se, facta vero non habeat. Num potest fides saluum facere illum?

Fides si facta nou habuerit, mortua est per se. Ergo sola non saluat. Adhęc si secundum se mortua est, ergo secundum se nihil est

Fides ex factis perfecta est. Consumatio fidei opera sunt, an fides consumatio operum sit, nondum legi. Ibidem habes, Opera veluti spiritum esse fidei.

## EX PETRO.

Videte ut in timore conuersantes &c. cum sciatis vos non caducis reb. redemptos fuiss. &c.  
Vtitur & Petrus historia mortis dominice ad

I 3 paræ

## LOCI, DE

partheneticam doctrinam, vide quid hac de re in  
Paulo memorarim. Ne configuremini priorib.  
cōcupisc. Exigitur morum sanctimonia à voca-  
tis lāctis. Sanctus pater, sanctos requirit filios.

**Cap. 2.** Dilecti obsecro ut aduenas &c. Conuersatio-  
nem vestram habete honestam inter gentes,  
ut vos ex bonis operib. æstimantes, glorificant  
deum in die visitationis. Apud Joannem dicitur  
nos penes charitatem cognosci, hic legis ex bo-  
operib. æstimari debere. Cedunt autem bo. ope-  
ra in gloriam dei operum amatoris Matt. 5. Bo.  
operib. obturantur ora calumniatorum, & vien-  
tatur inimicitia Roma. n.

Quoniam & Christus passus est pro no. re-  
linquēs nobis exemplum ut sequeremur. vesti-  
eius. Et hoc loco prædicat beneficium redemp-  
tionis ad exhortationem. Mox itidem: Peccata  
nostra pertulit in corpore suo super lignum, ut  
peccatis mortui, iustitiæ uiueremus. Priore loco  
prædicat passionem Christi, ut nos patiamur, Po-  
steriore nunciat remissa peccata, ne amplius pe-  
cemus. Atque ita docet nos mors dñi nostri, &  
crucem & vitam

**Cap. 3.** Ut etiam qui non obtēperant verbo, per uxo-  
rum conuersationē absque verbo lucrifiant &c.  
Apud Eusebium lib. 10. cap. 10. legitur Iberorum  
gentem conuersatione pia Christianæ mulieris  
ad Christum conuersam fuisse. Et ipse Iustinus  
ingenue fatetur se per conuersationem & toleran-  
tiā Christianorum, Christi fidei additum fuis-  
se. Lib. 4. cap. 9. Quin Iulianus Imper. non ne-  
gat Christianorum superstitionem (Sic enim vo-  
cat fidem nostram) augeri honestis vitae bona  
officijs. Trip. hist. lib. 6. cap. 29. Æque magnum  
dicam: Vrsatius conuersatione digna cacodæmo-  
nas effugare valuit

Nam

## BONIS OPERIBVS. 68

Nam qui vult vitam diligere &c. Perspicuum facit apostolus, emendatam vitam necessario exigi ad vitam in æterna hæred.

Cum igitur Christus passus sit pro nobis in carne, vos quoque iuxta eandem cogit. armeni &c. Iterum inculcat, quod toties Paulus, motus Christi Iesu docere, ne amplius peccemus. Habes in deo comprehendari animas benefaciendo, præter tot commoda bo. operum

### EX POSTERIOR.

Sed in hoc ipsum omni adhibito studio, subministrate in fide virtutē &c. Virtus, definitore August. Ars est recte beneque vivendi. Huic si deles studeant in Ecclesia, Hanc factis extendant ut adipiscantur promissionem gloriæ.

Hec cum vobis adsint & exuberent, haud ociosos, nec in irritum laborantes efficiunt, ad domini nostri Iesu Christi cognitionem. Mox: Quapropter fratres operam date ut vocationem & electionem vestram firmam efficiatis. Hec enim si feceritis, non labemini inquam, siquidem ad hunc modum abunde subministrabitur vobis introitus in æter. regnum &c.

Quales oportet esse vos in sanctis conuersatio: & piet. Expectantes & accele. aduentum diei dei. Paulopost: Date operam ut immaculati & incotaminati ab illo reperiāmini in pace &c.

### EX IOANNE.

Si dixerimus, quod societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus mentimur, & veritatem non facimus. Quod si in luce ambulamus: Et reliqua lege, qui bene de Christo sentis.

Per hoc scimus, quod cognovimus eum, si iussa illius seruamus. Mox: Qui dicit, Non ui eum & præcepta eius non seruat, mendax

## LOCI, DE

est, & in eo veritas non est. Qui autem seruat sermonem &c. Vel hinc liquet, sermonem seruare. Ioan. 14. Idem esse quod præceptum seruare seu facere

Qui dicit se in eo manere, debet sicut ille ambulare, & ipse ambulare.

Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo.

Qui facit voluntatem dei, manet in æternum. Filioli manete in eo, ut cum apparuerit, habeamus fiduciam, & non pudefiamus ab eo in adventu eius. Hoc totum respicit ad facta iustitia. Nam sequitur, si scitis quod iustus est &c.

**Cap. 3.** Omnis qui habet hanc spem in eo, purificat se, sicut & ille purus est.

Filioli nemo vos seducat: Qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est.

Omnis qui peccat, non vidit eum nec cognovit eum. vide reliqua

Scimus quod translati sumus de morte ad vitam. Quia diligimus fratres

Per hoc cognoscimus, quod ex veritate sumus & in conspectu eius suadebimus cordib. nostris &c.

**Cap. 4.** Qui non diligit, non nouit deum, quoniam deus charitas est. Mox: Si diligamus nos inuicem, Deus in nobis manet

**Cap. 5.** Hec est charitas dei, ut precepta eius seruamus, & precepta eius grauiam non sunt. Non audiunt viri illusores, alioqui ad Ioanen stomachabundi dicent, quod illi apud Esaiam cap. 29. Manda remanda, remanda quandoquidem fidelis discipulus toties mandata iterat

## EX SECVN. IOAN.

Intuemini vos ipsos, ne perdamus quæ operati sumus, Sed ut mercedem plenam recipiamus,

Opes

## BONIS OPERIBVS.

69

Opera perduntur, & frustra facta sunt, Si à Christo ad Antichristum deficias. Si in Christo usq; in finem perseueres, non perdita sed collecta. & seu depositum in cœlis collata sunt.

## EX APOCALYP.

Dominus ait. Scio opera tua, & laborem & patientiam tuam &c.

Age pœnit. & prima opera fac.

Opera tua nouissima plura prioribus.

Non inueni opera tua plena coram Deo.

Opera eorum sequuntur illos. Hac catastropha sermonem dei nostri finiamus, Nudo corpos re è vita discedemus. 1. Timoth. 6. Job. 1. Ecclesi. 5. Opes nobiscum non sumemus, sed alienis relinqueremus, nec descendet nobiscum gloria nostra, Job. 27. Psal. 48. Neque tamen nudi reperiemur operarij. 2. Cor. 5. Sed comes induulsa erit Nuptialis vestis, tunica immaculata, id est, sancta conuersatio et thesaurus bonorum operum, que hic apud Deum depositimus.

FINIS.

## THESES DE FIDE ET OPERIBVS.

- 1 Errant, qui fidem tam rarum Dei donum sine causa faciunt.
- 2 Errant, qui donum faciūt tam incertum, nepe quod cras admatur ei qui hodie habeat.
- 3 Errant, qui docent tam incertos adultos nos esse an credamus, q̄ incerti de infantib. simus an credant.
- 4 Errant, qui secus diffiniunt fidem, q̄ eam diffinierunt sacræ literæ, quicq; eam alijs verbis extulerunt.

I 5

Errant

## L O C I . D E

- 5 Errant, qui fidei ceu deo ascribunt operatio-  
nem operum certissimam.
- 6 Errant, qui negant Christianum populū ha-  
ctenus fidem habuisse.
- 7 Errāt, qui negāt malos in ecclesia credere pos-  
se, et si fides illis nō proderit.
- 8 Errant, qui iustificandi verbum aliter inter-  
pretantur, q̄ debet.
- 9 Errant, qui affirmant fidem & charitatem  
idem esse, nec minus separari, quām separetur  
ignis & calor.
- 10 Errāt q̄ preter scripturas clamāt, fidē iustifica-  
re, quū deus per fidē iustificare dicatur.
- 11 Errant, qui docent solā fidē, ad iustitiā, sanctis  
moniam & salutem sufficere.
- 12 Errant, qui docent omnia pura bona q̄ esse  
quęcunq; fideles faciant.
- 13 Errant, qui docēt deū ob solā fidē nobis faue-  
re, solamq; fidem respicere.
- 14 Errant, qui omnia in scripturis violenter ad fidē  
referunt contra naturam textus.
- 15 Errant, qui fidem cum oppressione bonorum  
operum predican-
- 16 Certissimum est, fidem dei donum esse.
- 17 Certiss: est, fidem, de qua nobis controvertiē,  
nullā esse, preterq; Iesu Christi, veri Messyæ,  
vnigeniti Dei viui, Seruatoris nostri, qui pro-  
misus fuit in scripturis propheticis, & exhibi-  
bitus sub Augusto Cæsare.
- 18 In hūc credit tota Ecclesia, credit autē toto pe-  
ctore, hoc est, habet sibi lōge p̄suasiss. atq; ra-  
tiss: ita esse, quęadmodū sacre literę docēt, pa-  
rator mori q̄ vel dubitare vel negare.
- 19 Hęc fides principiū & fundamentū est, sine  
qua nihil apprehenditur.
- 20 Hac fide iustificauit deus, quotquot ab initio  
accesse-

## BONIS OPERIBVS.

76

accesserunt ad Ecclesiam, hoc est, accepit habuitq; pro iustis, nullo respectu præcedentium vel meritorum, vel peccatorum.

- 21 Hac fide purificati sunt, quotquot ab initio accesserunt ad Ecclesiā, utpote qui ante impuris erant tam religione q; conuersatione.
- 22 Hac fide bñdicti sunt cū fideli Abrahā, quotsquot benedicti ab initio sunt.
- 23 Una fides hęc ē, quā q; nō habet, nullā habet.
- 24 Qui hac fide carent, iniusti sunt, & si sibi omnium videantur iustissimi.
- 25 Qui hac fide carent, & iustitia fauore q; Dei & vita cœlesti carent.
- 26 Qui hac fide carent, impuri sunt, et maledicti gehēng filij, et si operib. plenissimi sint ac mos ribus fulgentissimi.
- 27 Carent autē hac fide præter Iudeos, Saracenos, Māmolucos, & Schytas, quidam heretici homines.
- 28 Nec habere eam fidem putandi sunt, qui cæteris articulis sanctissimæ fidei nostræ, & sacris literis vtriusq; legis corde perfecto non credunt. Tales dixerim factos Christianos.
- 29 Hanc fidem laedunt superstitioni Christiani, q; varijs, anilibus atq; stolidis credulitatibus ducentur.
- 30 Hanc fidē negant flagitosi Christiani, qui repudiato dei metu, more filiorum seculi huius viuant & moriuntur. Credunt illi quidē cor de Christum, & ore palam profitentur, sed factis gentilib. abnegant.
- 31 Hæc fides est, ob quā potestatē nobis pater dedit, filios dei fieri, & ex deo nasci.
- 32 Hæc fides est victoria mundi, Nā is Christoman⁹ dedit quātūlibet repugnās, et subiecere sese

## L O C I , D E

- se se regna terre in fidei Christianæ obediētiā.
- 33 Hęc fides scutū est contra ignita Malī iacula,  
Etenim christifidelis nō timet cacodemones
- 34 Hęc fides facit, ne maneamus in tenebris, &  
ne moriamur in æternum.
- 35 Hęc fides tanta est ut quis sine ea placere deo  
haud quaq̄ possit.
- 36 Per hāc fidē custodimur virtute dei ad salutē
- 37 In hac fide potest acquiri vita æterna & in  
alia nulla. Vnius enim Christi Iesu nominis  
fides est, in qua oēs hoīes oporteat saluos fieri
- 38 Hęc fides nō nititur sensibilib. Excedit cogita  
tionē humanā, & transit infirmitatem, om̄  
nium ratiocinationū. Nam contraria sunt cres  
dere et ratiocinari. Pugnant inter se credere  
& experiri.
- 39 Hac fide plenus dicitur, qui sibi persuasissimū  
habet quicquid legitur de Christo in Mose,  
Prophetis & psalmis, & quicquid ab Apo  
stolis euangelizatum est.
- 40 In hac fide sanus dicitur, q̄ nulla infectus hæ  
resi, cōstāter vereq̄ credit canōicis scripturis
- 41 Hęc fides infirmiuscula in catechumenis esse  
potest & potest augescere atq̄ indies certior  
fieri in rudiorib.
- 42 Hinc fidē quotidie exercere, inq̄ ea pectora  
nostra obdurare debemus, recitādo Symbo  
Apostolorum.
- 43 Hinc fidē confiteri debemus contra aduersa  
riā potestatē, & assertere contra hęreticā pra  
uitatem, & suadere infidelibus et acuere lan  
guidis.
- 44 In hac fide oblectare animas nostras debem⁹  
& agere gratias Deo benignissimo, q̄ viuere  
in fide filij eius indignis nobis contigerit.
- 45 Optarim omnes nationes, quę sub cōculo sunt  
in huius

## BONIS OPERIBVS.

7

In huius unitatem fidei occurrere.

### A X I O M A T A de operibus.

- 1 Nullis vel sanctissimis operibus aut meritis tribuendū est, quod Opt. Deus hominem cōdidit, & illi omnia subiecit.
- 2 Nullis operibus aut meritis tribuendum est, quod misericordissimis Deus tot tantaq[ue] humano generi promisit.
- 3 Nullis operibus aut meritis tribuendum est, quod amantissimis Deus filium suū in terras misit, carne induitum.
- 4 Nullis operib[us].aut meritis tribuēdū est, quod filius ille dei natus, mortuus, excitatus, atq[ue] in cœlum receptus est.
- 5 Nullis operib[us].aut meritis tribuēdū est, q[uia] sp[iritu] sanctū paracletum demisit.
- 6 Et, vt de effectu atq[ue] fructu Mysterij totius loquar, nullis operib[us].aut meritis tribuēdū, q[uia] redemit nos filius tradito suo corpore.
- 7 Nullis operib[us].aut meritis tribuendum, quod nos prædestinavit, vocavit, elegit, iustificauit, purificauit, patri ex inimicis amicos exhibuit & heredes regni constituit.
- 8 Nullis operib[us].aut meritis tribuēdū est, quod nos à diabolo saluavit, ē Mundo eripuit, intra Ecclesię moenia posuit, sacramentis et fide donauit, Gratiam infudit.
- 9 Omnia hęc fecit gratis, amore et misericordia imperscrutabili atq[ue] inenarrabili permotus.
- 10 Gratis autē saluato, & signis sacris insignito precepit, vt faciat, sicut ipse fecerit.
- 11 Nam in hoc apparuit Gratia omnibus, salutifera vī sobrie iuste & pie viueremus.
- 12 In hoc cruci affixus fuit dñator cœli & terræ vt acquireret honorū operū Zelotas hoīes.
- 13 Voluntas saluatoris est, vt saluatus deposita vetusta.

## LOCI, DE

veritate, in nouitate vita ambulet.

- 14 Decretum Redemptoris est, ut redemptus in timore & tremore seruiat ei, qui se redemit.
- 15 Iussio electoris est, ut electus eum qui se elegit iugiter colat.
- 16 Ea seruitus, is cultus perficitur amore eius, quoniam nos peccatores amauit prior.
- 17 Sita vero est cultura illa in obedientia, quae est obseruatio mandatorum dei.
- 18 Sita item est in obsequio Apostolicarum traditionum, & constitutionum Ecclesiasticarum, quatenus religioni conducunt, & pietati seruiunt congruentie.
- 19 Credere oportet filium Ecclesiae, eundem amare Deum & proximum oportet.
- 20 Quicunqz alterutrum negligit, is condenabitur.
- 21 Fide accessimus ad Ecclesie corpum, amore atque obedientia accedemus ad patriam.
- 22 Propter fidem reputati sumus iusti per incredulitatem nationibus, sed ea reputatio moritur, nisi iusti re ipsa fiamus.
- 23 Quare quod bona opera doctrinam a regno Christi secludit, is venit a diabolo.
- 24 Christus & Apostoli diligenterissime docuerunt bona opera quotquot crediderunt.
- 25 Atque ut studiosius in hec incumberemus, ipsi bona opera fecerunt, non docuerunt tantum.
- 26 Nisi ferent bona opera, nescirentur Christiani, & infirma esset nostra vocatio.
- 27 Mactant igitur animas, qui vociferantur Christianismum in cognitione & fide sola consistere.
- 28 Merent fidei aequari opera, si non preferri.
- 29 Si mala opera seu peccata animam impoenitentem ad inferos demergunt, necesse est bona opera salutem penitentis operari.

Bona

## BONIS OPERIBVS.

72

- 30 Bona opera placant iram dei fulminaturam,
- 31 Bona opera sunt deo odor suaveolentissimi: & tam grata tamq; requisita q; est fides.
- 32 Bona opera prosumunt animq; & corpori, prete rea famq; & politiae.
- 33 Bona opera iuvant et eum qui facit, & cum cui fiunt.
- 34 Bona opera prestant tranquillitatem animi, quare nihil optabilius.
- 35 Bona opera securitatem prestatibunt in resurrectione iustorum, quando appropinquabit redemptio consumata.
- 36 Secundum opera vel bona vel mala iudicabuntur olim tam viui q; mortui in Ecclesia.
- 37 Bona opera recipient credentem in beatas sedes inq; aureum thronum collocabunt.
- 38 Gaudium ipsis angelis est super bene operatis.
- 39 Lupus est qui Evangelio tectus, opera a fidelibus abegit.
- 40 Impius hereticus est, qui nomine operis sordore fecit in Ecclesia fidelis populi.
- 41 Nemo hereticorum plus nocuit regno Christi, q; Misericordia huius tempestatis.
- 42 Si quis non docet bona opera, nec facit, sit Anathema Maranatha.

## PRECATIO PRO ECCLESIA

Catholica, secundum alphabeti literas.

Ad te domine oculi mei, donec miserearis vineam tuam.  
Benedic ei benedictione spirituali, ut vigeat in gloriam tui nominis.

Cumula eam tuam gratias donis, ut ornata multos inuitet de hoc seculo.

Da pluviam matutinam atque serotinam, ut grandescant in vite palmites.

Eradica subnascens lolium, ne deturpetur vinea.

Fuga

1629576

## LOCI, DE

Fuga cœlivolucres, ne semē recēs factū sublegat  
Gradere dñe, visitator vineæ, & bene habebunt  
omnia.

Habe plantarū curā, ne à bestijs syluę cōculcent  
Immitte bonos vinitores, qui stercorare, ac fode  
re, plantare ac rigare norint.

Kyrie illuſtra faciem tuam super vineam istam,  
& discute noctis tenebras.

Labora qui vineę agricola es, ne fructu labore  
mus cooperarij.

Mone per spiritum operarios, vt vineam sollici-  
tius excolant.

Ne patere in ram irrepant vulpeculę, et aper po-  
pulabundus.

Occurre vrenti vēto, ne herbescēs lēdatur vinea  
Puta purgaq; omnem palmitem vt fructum fe-  
rat iustitiae.

Quate dolosos vinitores, & ejce qui oderunt te  
dignam vineam.

Recordare promissionis tuæ, & age nobiscum se-  
cundum bonitatem.

Salua, emenda, emūda, foue, obtege, tuere vineā  
Tinge nos spiritu tuo, Circuncide, vre, examina  
Viufica, innoua, doce, deduc in via præceptorū  
tuorum.

Xeni hac in terra sumus, fac nos patriam gemen-  
do inquirere.

Ypochalcon genus hominum in Ecclesia caue,  
nos decipiat.

Zelo tui domine ferueamus, cunctis diebus vite  
nostræ. Amen.

Ioan. Gra, excudebat Anno. 154.

010 1629576 59